BIBLIOTECA NAZ.
141
G
1
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITTORIO EM. III
141
G
1
NAPOLI

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

LITTERAE PATENTES

IMPERATORIS SINARVM

KANG-HI.

SINICE ET LATINE.

CVM INTERPRETATIONE

R. P. IGNATII KOEGLERI, S. I.

PEKINI MATHEMATVM TRIBVNALIS PRAESIDIS, MANDARINI SECVNDI ORDINIS, ADSESSORIS SVPREMI TRIBVNALIS RITVVM, ET ANTISTITIS MISSIONVM SINENSIVM ET IAPONICARVM.



EX ARCHETYPO SINENSI EDIDIT

ADDITIS NOTITIIS SINICIS

CHRISTOPHORVS THEOPHILVS DE MVRR.

CVM TABVLA AENEA.

NORIMBERGAE ET ALTDORFII,
IN BIBLIOPOLIO MONATHI ET KVSSLERI.
cIↃ IↃ CCCLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Inter Sinica, quae partim Pekino, partim ab amiciſſimo celeberrimoque *Maximiliano Hellio* aliisque eruditiſſimis Viris e Societate Ieſu accepi, eminet nitidiſſimum illud Diploma Imperatoris Sinarum *Kang-hi*, rubro colore impreſſum characteribus *mantſchuricis*, (ex autographo Imperatoris expreſſis) *ſinenſibus*, et *latinis*, ſiue *Indicium Mandarinorum de quatuor Miſſionariis Ieſuitis*, cuius uaria exempla iuſſu Imperatoris Sinenſis in Tataria, et Sinico regno diſtributa et in Europam miſſa fuere. Habuit etiam huius Epiſtolae trilinguis exemplum *Maturinus Veyſſiere La Croze* communicauitque a. 1720 cum *Sebaſtiano Kortholdo* apographum latinum ualde mancum a).

Haec charta ſinica longa eſt (una cum margine) duos pedes et undecim pollices pariſ. alta uero 13¾ pollices. Margo ruber largus 1¾ pollices diuerſis draconum ſerpentumque implicatorum ductibus ornatus eſt.

Cauſſae ſummam huius *Indicii Mandarinorum de quatuor Miſſionariis e Soc. Ieſu* breuiter docebo. Congregationis in Controuerſia de *Ritibus Sinenſium* decretum, ut ad Sinas adlatum fuit, non eum, qui Romae ſperabatur, exitum habuit. Collocutionem Imperatoris *Kanghi* cum *Carolo Maigrot*, Vicario apoſtolico, exhibui in tomo ſexto Diarii litterarii, pag. 180 — 190, ex relatione, e Sinis miſſa 1707.

a) Vid. *G. G. Leibnitii* Epiſtolar. ad diuerſos Vol. II, pag. 500, ubi loco *Staidlin* male legitur Bautlin, loco *Mouraõ*, Mourois; omiſſi etiam ſunt tres, qui ſubſcripſere, Ieſuitae, *Ioachimus Bouvet*, *Franc. Cardoſo*, et *Ioſeph da Coſta*.

Digitized by Google

Commode Imperator ſub id tempus P. *Provana* Ieſuitam cum documentis, ex tabulario ſuo depromtis, Romam deſtinauit. Sed non prius miſſus eſt, quam comperiſſet Imperator P.P. *Barros* et *Beauvolier* mari hauſtos fuiſſe. Venit *Provana* in urbem a. 1709, et haud multo poſt aditum ad Pontificem Clementem XI nactus duos libellos ſupplices eidem obtulit. In uno cauſſas, cur decretum ſacrae Congregationis a Tournoniano diuerſum eſſet, recenſuit; altero libello materias controuerſas eo, quo illas D. Maigrot dictae Congregationi propoſuerat, ordine complexus eſt, teſteſque utriusque partis dixit. Imprudenter egiſſe Tournonium, iam a. 1707 *Leibnitius là Crozio* ſignificauit: *Si le Pape*, inquit, *approuve ce que le Cardinal de Tournon a fait, il y a de l'apparence que tous les religieux, même les Jéſuites ſeront obligés de ſortir du pays.* Et in alia Epiſtola: *J'ai toujours trouvé le procédé de ce Cardinal plus convenable à un ſaint viſionaire, qu'à un homme dont le zèle fut reglé par la ſcience.* Iterum 1712 ad *Grimaritum*: *Quant à la Conduite du Cardinal* Tournon, *je crois que le Pere* Jouvency *a eu raiſon de la blamer pour juſtifier ſon Ordre*[b]). — Tandem Pontifex cum pleriſque ſperabat, finem tandem Miſſionariorum diſſenſionibus impoſitum iri, teſte epiſtola *Ioh. Fatinelli*, Roma ad D. D. *Pedrini* et *Ripa*, (occurrunt infra Num. III, inter ſubſcripta nomina Epiſtolae latinae) utrumque Miſſionarium de propaganda Fide, Pekinum 1713 ſcripta, quam *Pedrini* finice uerſam Imperatori obtulit. In eadem opinione fauorabili fuit a. 1730 Clemens XII, ut Ieſuitis auctoritas fit diſponendi in Cauſſa ſinica, ut non ſit opus iudicio aut Pontificis, aut Congregationis de propaganda. At ſpes iſtae penitus euanuere. *Pedrini* enim porrecto Imperatori libello improuide detexit, quae Romae circa ritus acta erant, moraſque nectere negotio Epiſtolae quoad uerſionem et litterarum inciſionem finitae, ac ſubſcriptionem

b) Epp. ad. diuerſ. Vol. I, pag. 392. Vol. III, pag. 337. et Operum T. V, p. 504.

nem tergiuerſari ſtudio quaeſiuit; uti latius exponit docteque, ut ſolet, D. *Georgius Pray*, in *Hiſtoria Controuerſiarum de Ritibus Sinicis*, ſ. Collegiis ſuis octo, *Benedicto Cetto* lectis. Budae, 1789. 8. mai. pag. 212. ſeq.

In autographa P. *Kögleri Succincta Narratione eorum, quae in Sinis contigere circa et poſt* (menſo Auguſto 1716) *publicatum Praeceptum Apoſtolicum ſuper prohibendis ritibus* &c. nitide (ut ſolebat) Pekini ſcripta quatuor c) foliis in forma quarta, quamque alii occaſioni reſeruo, totamque inter Anecdota mea ſinica, in noui Diarii Tomo quarto, editurus ſum, haec Epiſtola triplex commemoratur.

In Mandato menſis Decembris 1716 Imperator *Kang-hi* ita: *Ego Imperator, cum propter hoc negotium miſerim Ngai gio ſed)* (Provana) *et nondum redierit, abſit, quod detur talis ratio agendi ut Pontifex priuatim et in occulto uelit publicari ſuum edictum. Haec coniicio, quod certiſſime ſint Cardinalis de Tournon, et epiſcopi Cononenſis, cohortis uilium hominum peruerſitates, mendacia, et deliramenta.*

Legi etiam librum latinum, apud Sinas ſculptum, in quo characteres quidam ſinici et mantſchuici, inſcriptum: *Breuis Relatio eorum, quae ſpectant ad declarationem Sinarum Imperatoris* K̄m hī, *circa Caeli, Confucii et Auorum cultum. Accedunt Primatum, doctiſſimorumque Virorum et antiquiſſimae traditionis teſtimonia. Opera Patrum Societatis Ieſu*, Pekini *pro Euangelii propagatione laborantium.* In 8. max. Adducuntur ex antiquorum Sinarum libris teſtimonia, ex quibus *Schang ti* et *tien* uoces a Sinis Dei ſignificatione acceptas eſſe, patet.

Reliqua referre ſuperſedeo; legantur apud D. *Pray*, pag. 220.

c) Deeſt unum in medio. Nam erant quinque.

d) Ita legi debet loco ſphalmatis *Ngai Iosep* apud D. *Pray*, Hiſtor. Controuerſiar. pag. 220.

Benedictus XIV tandem anno 1742 edita Bulla finem litibus hiſce rituum ſinicorum impoſuit rituſque condamnauit.

I.

In Chartae meae ſinicae *primo* loco (quia lingua *mantſchu*, in qua ipſe hocce Mandatum pinxit *Kang-hi*, eſt ſermo patrius Imperatorum Mantſchu-Sinenſium) conſpicitur hoc indicium *mantſchurice*, litteris ſyllabicis duodecim lineis deorſum ductis, quae a ſiniſtra dextram uerſus leguntur. Haec ratio penicillo ſcribendi Mantſchu Tatarorum e) eſt eorum, qui Dſchingiſchanidum auſpiciis iam A. C. 1279 regno Sinico fuere potiti. Regnauit haec Familia prima tatarica Dynaſtiae *τῶν Yuèn* uſque ad a. 1368. Poſt exſtinctam Dynaſtiam Sinenſem *Tá Ming*, quae regnauit ab a. 1368—1648, Familia ſecunda Mantſchu-Tatarorum Dynaſtiae *Tſing*, regnat ab a. 1648, imperante *Schun-tſchi* uſque ad 1665; *Kang-hì* ad a. 1722 d. 20 Dec. *Yong-tſching* ad a. 1735, d. 7 Oct. *Kien-long* ad a. 1796, aet. 86. *Tay-hay Tſing* f) nunc regnat ab a. 1795. Huius primus conſiliarius in rebus europaeis eſt P. *Poiſſon*, e S. I. Ab anno 1582 inſignem in modum creuit tam Sinis, quam Tataris imperantibus res Miſſionariorum S. I. in regno Sinarum. Eſt inter meas epiſtolas ſinicas et iaponicas una luſitanica P. *Emanuelis Dias*, Macai exarata d. 11 Nou. 1609 ad Praepoſitum generalem *Claudium Aquauiua*, in qua praeter Collegium Macaenſe g) commemorantur Reſidentiae S. Ioſephi Pekini, Nangkini, Tſchekiang et

---

e) *Mantſchu* improprie *Tatari* adpellari ſolent. Sunt enim e populo Tunguſorum, Ruſſis *Bogdoitzi* dictorum.

f) Vti u. c. dicebant Galli: *Louis Capet*, *Henri Bourbon*.

g) In eius uicinia eſt in medio horto ſpecus illa *Camoenſii*, in qua diuinum ſuum carmen epicum, *Os Luſiadas*, ad finem perduxiſſe dicitur.

Digitized by Google

et Tſchangſcheu ſtabilitae h), quae poſtea ita augebantur, ut a. 1749 Soc. Ieſu in Sinenſi Imperio 4 Collegia, Seminarium Macaenſe, et 37 Reſidentias haberet. Poſtea uariis perſecutionibus multae harum Reſidentiarum ſuppreſſae ſunt, uti lego in *Hallerſteinii* epiſtolis ad *Hellium*.

Male de *Pauw* Sinenſes Coloniam dixit Mongolorum. Mongoli (non *Mungali*, *Mongali*, aut *Mogoli* ſcribi debent) adfines ſunt lingua, moribus, corporis habitu, atque facie *Kalmückis* et *Burätis*. Nomades ſunt, nec ullam, teſte de *Pallas* i), cum Tataris, proprie ſic dictis, habent confinitatem, immo nomen *Tatar* reſpuunt. Sub finem Saeculi XIII Lamaiſmum a Tibetanis cooptauere k). Iam imperante Dſchingis-Chano litteras ab Iguris didicere l). Huyri, Iguri ſiue Viguri Chriſtiani, Neſtorii doctrinam ſecuti, eas habebant a Neſtorianis Sy-

---

b) Multa de Miſſionariis Sinenſibus adfert. P. *Ioſeph Stöcklein* Collectio: *Briefe und Reiſebeſchreibungen, welche von den Miſſionarien der Geſellſchaft Ieſu aus beyden Indien und andern über Meer gelegenen Ländern ſeit A. 1642 bis 1730 in Europa angelanget ſind.* Augsburg, 1728 — 32. fol. Part. III. Hoc opus continuarunt ſub tit: *Der neue Welt-Bott*, P P. *Probſt*, et *Keller*. Exſtant Partes XXXVI, in VI tomis, in fol. Cum mappis geographicis. Complectuntur Litteras Miſſionariorum ex uariis Orbis partibus; non nullas etiam ex opere gallico: *Lettres édifiantes* &c. in germanicam linguam traductas. Aedes atque templum primum in Sinis aedificandi licentia conceſſa fuit a. 1583 P P. *Matthaeo Ricci* et *Michaeli Ruggieri* in urbe *Schanking*. Ambo poſtea ſub Initium anni 1601 cum P. *Didaco de Pantoja* Pekinum uenere. A. 1610 moriente *Riccio*, quinque iam habuere templa Miſſionarii Sinenſes.

i) *Sammlung hiſtoriſcher Nachrichten über die Mongoliſchen Völkerſchaften.* St. Petersburg, 1776. 4. mai. I Th. pag. 3 et 171.

k) Teſte *Iohanne de Plano Carpini*, ap. *Hakluyt*, T. I, pag. 27.

l) *Igur* tractus in parte orientali paruae Buchariae ſiue *Kara kitai* (Scythiae extra Imaum). *De Guignes* Hiſtoire générale des Huns &c. T. III, pag. 28.

Digitized by Google

Syriacis, ſ. Chriſtianis S. Thomae, inuentas ope ſcripturae ueteris ſyriacae et Zendo-perſicae, de quibus plura dicam in Bibliotheca glottica uniuerſali. Inde Bayerus litteras mongolicas et mantſchuricas recte a ſyriacis deriuauit m). Pinguntur inſtar columnarum, ut Sinae ſolent, genere exarandi χαρτοφορῳ imitanturque Syros ſcribendo a fronte paginae uerſus pectus, et legendo, conuerſa charta, a dextera ad ſiniſtram. Lineolae craſſiori perpendiculari, eminentia litterarum ſigna a dextra et ſiniſtra adpingunt, ut u. g. apud *Bayerum*, de horis Sin. p. 17. *Hyde* hiſtor. uet. Perſar. pag. 522 edit. prioris. Conf. *l' Abbé de Petity Introduction à l'étude des Lettres*, (à Paris, 1767. 4.) pag. 11 et 546 — 584. Poſſideo talem ſcripturam mantſchuricam, in duplici charta ſinica, Pekini penicillo pictam in utroque latere lineis 35 deorſum ductis, nigro colore, lineis incluſam, latam 22½ poll. altam 7 poll. cum 2 lineis. In Sylloge centum alphabetorum (Lipſiae, 1748. 8.) pag. 107 et 117 elementa mantſchurica recte quidem, ſed in oratione dominica, ad pag. 108 inuerſa exhibentur.

Toto caelo haec elementa differunt a tibetanis ſiue tanguticis Imperii Dalai-Lama, quae ex Brahmanico Bengalico effinxiſſe creditur Buda ſeu Manes. Habeo chartam duplicem ſuſcam Lhaſſae penicillo characteribus albis et flauis ex utraque parte pictam octo lineis, longitudine 19¾ dig. altitudine 4½ digitorum, praeter marginem. Continet preces Lamaicas, quae legi debent a ſiniſtra ad dextram.

De mongolicis, ſiue mantſchu-tataricis, haec habet Ahmed Arabſiades in uita Timuri ſ. Tamerlani: *Giagataei aliud ſcripturae genus habent, dictum* Iugur, *ſatis cognitum iis, qui Mongolice ſcribere norunt, quae ſcribendi ratio quatuordecim tantum litteras uſurpat. Hinc au-*

m) *Müllers*, commentat. de ſcriptis tanguticis, in Sibiria repertis. In Commentariis Petropol. T. X, 1738, pag. 422.

autem oritur exiguus ille litterarum numerus, quod omnes, quae gutturis ope pronunciantur, una eademque figura exprimant, similiterque pronuncient. Idem agunt in litteris, quarum uicina eſt pronunciatio, ut be *et* ſe, ſin *et* ſad, dal *et* ta. *His litteris ſignant cogitationes ſuas, ſtatuta, diplomata, libros, catalogos, indices, annales, poemata, hiſtorias, lites, uno uerbo, quidquid ad ius eorum forenſe, ipſasque Genghiz-Cani leges.* Scriptura hac ſyllabica n) Mongolico-Kalmikica utuntur Manttſchuri, Sinarum domini; utraque ſcriptura fere ſimilis eſt et cognatione manifeſta coniuncta, mutato tamen uno et altero characterе et ordine characterum: acceſſere quoque in *mantſcurica* plura ſigna ad ſonos ſinicos declarandos. *Hac ipſa lingua et charactere*, ſcribit ad Leibnitium Ioh. Bapt. Podeſta, Interpres Caeſareus o), *quod meis oculis uidi, Rex Chinae Tartarus ſcripſit Imperatori, et ſuam ſimul effigiem eidem tranſmiſit. Character ſimilis characteri ſyriaco. Haec in auguſtiſſimi Caeſaris Bibliotheca hic Viennae uideri poſſunt.*

Minuſculi characteres Neſtoriani, ex Euangelis ducti, a Syris ſimpliciter *Neſtoriani* uocantur. Haud a Graeco στρογγυλος, *rotundus*, nomen accepiſſe uidetur haec ſcriptura maior, ſed potius ex ſyr. *Satar*, ſcriptura, et *euangelio* in *angil* contracto, ut apud Arabes, ut ſit *ſcriptura euangelii*, i. e. ſcriptura chriſtiana, (oppoſita arabicae, qua Muhammedani, atque in rebus ſaecularibus ſaepe et Chriſtiani, utebantur,) quam Syri primum *carſchunice*, h. e. arabice litteris ſyriacis ſcribentes uſurpabant in ſcribendis Euangeliorum exemplis, oppoſitam minuſculis et uolubilioribus litteris, eodem tempore in uulgo uſitatis. *I. G. C. Adler* Noui Teſt. uerſ. Syr. pag. 4, 7, 61. Pag. 19. ſeq. Codices Neſtorianorum N. T. Vaticani, nunc Pariſini, deſcribuntur, datis

n) Vid. *Chriſtiani Guil. Büttneri* breuis expoſitio Alphabetorum; in tomo VII Commentar. Soc. Reg. Scient. Goetting. pag. 113. Tab. VI.

o) In *Ioach. Fried. Felleri* Otio Hanouerano, pag. 56.

Digitized by Google

tis ſpeciminibus in Tab. III. De fragmento V. T. ſyriaco e recenſione Neſtorianorum, in charta ſinica penicillo ſcripto, apud D. *Brotier* uiſo, mentionen facit cel. Adlerus in *der bibl. krit. Reiſe nach Rom*, pag. 213. Forſan eſt Verſio *karkufica* ſ. montana dicta. *Aſſemani* Biblioth. Or. T. II, p. 283. *I. D. Michaelis* Gramm. ſyr. pag. 15. Vſque ad Saeculum nonum omnes libri ſyriaci characterе *Eſtrangelo* exarati fuere; a Saeculo uero nono minores characteres, ſeu *Neſtoriani*, adhibiti. A Saeculo decimo tertio Maronitae et Iacobitae uſi ſunt hodierno *Peſchito*; Neſtoriani uero retinuere minuſculos ſuos characteres p).

Praeclare P. *Gaubil* in litteris a. 1724 et 1725 ad P. *E. Souciet* q): *Les Tartares Mantchoux n' avoient point anciennement de caractères. Etant entrés dans le Leaotong, ils prirent ceux des Tartares Mongkous ou Mogols de Gentchiſcan. Effectivement les characteres d' aujourd' hui ſont les caractères Igours; pour ce qui regarde ces caractères, je crois qu' ils étoient Syriaques. Car je n' ai pas entendu dire que les Chrétiens orientaux ayent eu d' autres caractères; du moins ils avoient ceux-là. Or les Igours étoient Chrétiens. D' ailleurs il eſt ſûr par les Hiſtoriens Chinois, que les Igours avoient le calendrier Chinois, le Chu-king, et le Y-king, &c.*

Miror, Dom. *Amiot* in *Grammaire tartare-mantchou* (Mém. concernant *les Chinois*, T. XIII, p. 39 — 73) nullas addidiſſe tabulas aeneas elementorum ſcripturae ſyllabicae; ſed adſunt Dictionario, quod haud uidi. Tria ampla Dictionaria mantſchurica ſ. horum, qui nunc regnant, Tatarorum, in Bibliotheca nationali ſunt. Vid. *Fourmont* Gramm.

---

p) *Ioſephi Simonis Aſſemani* Biblioth. orient. T. III, P. II, pag. 378.

q) *Obſervations mathématiques, aſtronomiques, géographiques, chronologiques, et phyſiques, tirées des anciens Livres chinois; ou faites nouvellement aux Indes et à la Chine, par les Peres de la Compagnie de Jeſus. Redigées et publiées par le P. Souciet. à Paris, 1729. 4. T. I. pag. 223.*

Gramm. fin. p. 504, Sunt in eadem ultra 200 MSSta *mantſchu-tatarica*, ut uulgo adpellantur.

II.

Vid. Tabula aenea.

Pronunciatio litterarum textus ſinici, cum breui animaduerſione, quo modo illae reſpondeant uerſioni latinae quoad ſingula uerba.

E folio autographo R. P. *Ignatii Kögler*, Bauari, Pekini exarato r).

I^ma ſeries litterarum dextima deorſum deſcendendo ſic legitur:

1. *u*, fortis, ſtrenuus.
2. *ing*, habilis et dexter in rebus agendis.
3. *tjen*, aula officina. Simul autem iunctae hae tres litterae ſeu characteres, denotant *Uingtjen*, Aulam, ſeu locum intra palatium, pertinentem ad officium Mandarinorum hic nominatorum.
4. *teng*, et cetera, et alia eiuſmodi.
5. *tſchii*, (ut u gall.) locus, domus, habitatio.
6. *kjen*, examinare, uidere.
7. *ſiu*, componere, renouare.
8. *ſchu*, liber, epiſtola, ſcriptura quaelibet.
9. *kuon*, Praefectus, Mandarinus; adeoque his litteris, a 4ta incipiendo, reſpondet latina uerſio: *et eiusmodi locorum, ubi libri conficiuntur, Mandarini.*

10. *i*,
11. *tu*,
12. *li*,

} *Ituri*, nomen Mandarini. In ſinico tataricum *r* exprimitur per *l*.

r) Promiſi iam a. 1779 eius editionem, in Diarii Tomo VII, pag. 246.

13. *Wang*,
14. *tau*,
15. *choa*,

} *Wangtauchoa*, nomen Mandarini.
per χ graecum, non kappa, pronunciatur.

16. *tſchau*,
17. *tſchang*,

} *Tſchautſchang*, nomen Mandarini.

18. *teng*, et ceteri, inferiores, qui hic non nominantur.

IIda ſeries ſic legitur:

1. *Zù*, (ſeu potius z' pronunciando z ſolum, quaſi cum apoſtropho, ſequente aliquo ſibilo fortiore et abrupto per dentes) Littera, character.
2. *ki*, mittere, tradere.
3. *jù*, eſt nota datiui, et ſumitur loco praepoſitionis *ad;* ſignificat etiam *dare*, *ſimilem eſſe*, *adſiſtere*.
4. *zù*, (fere ſicuti prima littera) eſt particula, ſignificans motum ex loco: item ſignificat *ipſe*.
5. *ſi*, occidens.
6. *jang*, mare.
7. *lai*, ire, proficiſci, aduenire.
8. *ti*, eſt particula ſubiuncta uerbis faciens participia, adiectiua; item eſt nota genitiui et pronominum poſſeſſiuorum.
9. *tſchung*, collectio, multi ſimul, omnes.
10. *gin*, (ſeu *jin*, medio quodam ſono inter *i* conſonantem, et *gi* italicum) homo: adeoque litterae huius ſeriei hucuſque iunctim ſignificant: *ſcribimus ad*, *ex Occidentis mari* (ita Sinae Europam adpellant) *uenientes omnes homines*.
11. *ngo*, pronomen primae perſonae, ego.
12. *teng*, eſt particula pronominibus addita, ponens ea in plurali; alias ſignificat ſpeciem, ordinem, ſtateram; item exſpectare, et cet. ut in ſerie prima, n. 4 et 18.

13. *kin*, reuerentia, diligentia.
14. *zün*, obedire, obſequi, ſe conformare.

Ad complendam conſtructionem pertinet adhuc prima littera ſequentis ſeriei tertiae, quae ſignificat mandatum Imperatoris, in cuius uenerationem Sinae abrumpunt ſeriem in ſcribendo adhuc incompletam, et incipiunt nouam, uno adhuc uel altero charactere altiorem ceteris ſeriebus.

III^ia ſeries ſic legitur:

1. *tſchi*, uti in prima ſerie, litt. 5. Locus, habitatio.
2. *ju*, ſeruit loco praepoſitionum: *in*, *ab*, *de*.
3. *Kang*,
4. *Chi* (per χ non per κ.) } Nomen Imperatoris, tunc (1716) regnantis.
5. *ſü*, (uel potius ſſ', quaſi duplex s cum apoſtropho et forti ſibilo) quatuor.
6. *ſchĕ*, (medio quodam ſono inter e et i) decem.
7. *u*, quinque.
8. *hien*, annum, aetatem.
9. *i*, eſt particula temporis praeteriti.
10. *Zeng*, ſignificat iam olim, dudum, item augere; adeoque ſenſus eſt, a ſecunda littera incipiendo: *in anno quater decimo et quinto Imperatoris Kangchi, iam dudum praeterito.*
11. *tſchai*, ablegatus, miſſus.
12. *ſi*,
13. *jang*,
14. *gin*, } uti in ſerie ſecunda. Simul iuncta ſignificant hominem europaeum.
15. *lung*,
16. *ngan*,
17. *que*, } Conſtituunt nomen ſinicum P. *Antonii Barros*, nempe *Lungnganque*.

18. *pho*, pronunciando p adſpiratum, non f, ſeu φ graecum.

19. *chien*. Hae uoces, cum prima ſeriei quartae ſunt nomen P. *Antonii Beauvolier*, ſcilicet *Phochienſii*, unde patet interpraetatio: *miſſi Europaei* P. Barros *et* P. Beauvolier.

IV^ta ſeries ſic legitur:

1. *ſñ* } utraque littera quaſi eodem modo pronunciatur, iuxta ſo-
2. *ſñ* } num, in ſerie tertia iam indicatum. Prior littera ſpectat ad nomen P. *Beauvolier*. Secunda et tertia conſtant ex ſerie tertia, et ſignificant *quadraginta*: quod ſi tertia praecederet ſecundam, ſignificarent tantum *quatuordecim*, ſeu *decem et quatuor*.

3. *ſchĕ*, quadraginta. De hac pariter in ſerie tertia.

4. *Zi*, eſt numerus ſeptenarius.

5. *nien*,

6. *tſchai*,

7. *ſi*,

8. *jang*,

9. *gin*, conſtant ex praecedentibus.

10. *ngai*,

11. *gio*, (medio quodam ſono inter latinum *jo*, et italicum *gio*,)

12. *ſe*, hae tres litterae ſunt nomen ſinicum P. *Ioſephi Provana*, nempe *Ngaigioſe*.

13. *lu*,

14. *gio*,

15. *ſe*, ſunt nomen P. Raymundi Arcos, *Lugioſe*. Vnde itidem conſtat interpretatio: 47mo *anno* (ſcilicet *Kangchi*) *miſſi Europaei P.* Provana *et P.* Arcos.

16. *ſung*. Haec littera ſignificat actionem ex mandato ſuperioris, item ſeruire, humiliter offerre, cet.

V^ta

V^ta ferles ſic legitur:

1. *tſchi*, conſtat ex praecedentibus.
2. *wang*, eſt particula motus in locum.
3. *ſi*, } notae ſunt ex prioribus.
4. *jang*. }
5. *kiu*, ſignificat *abire*, *diſcedere*.
6. *leau*, eſt nota praeteriti temporis, uerbis poſtpoſita. Adeoque ab ultima littera feriei quartae inchoando, ſenſus eſt: *iuxta mandatum Imperatoris in Europam profecti ſunt.*
7. *tſchi*, ſignificat *uſque*, item *peruenire*, *ſolſtitium*, eſtque etiam particula ſuperlatiui.
8. *kin*, hodie, nunc, tempus praeſens.
9. *ſu*, numerus, *aliquot*, *aliquammultus*.
10. *nien*, annus.
11. *pu*, eſt particula negatiua, *non*.
12. *tan*, eſt particula excluſiua, *ſolum*, *tantum*.
13. *mu*, pariter eſt particula negatiua, ſolita coniungi cum charactere ſeu littera ſequenti.
14. *jeu*, quae ſignificat rei exiſtentiam, uel rem exiſtentem; hinc utraque iuncta notat negationem exiſtentiae, ſ. *nihilum*, *nihil*.
15. *ſin*, ſignificat nuncium, reſponſum, noua, item credere, fidere, fidem, ſinceritatem.
16. *lai*, conſtat ex ſerie ſecunda.
17. *ſo*, eſt particula relatiua *qui*, *quae*, et coniuncta immediate ſequenti litterae, eſt particula rationalis ſeu illatiua, ſignificans *ideo*, *quapropter*.
18. *i*, eſt particula cauſalis *ut*, ſignificat etiam cauſſam, *conformiter*, *iuxta*.
19. *nan*, ſignificat laborem et difficultatem ualde grauem et uix ſuperabilem.

VI^ta

VI^ta^ ſeries ſic legitur:

1. *pien*, diſcernere, diſtinguere, elucidare, diſputare, exquirere.
2. *tſchin*, uerum, rectum, iuſtum, ſ. ueritas, rectitudo.
3. *kia*, falſum, fictum, uanum, ſeu fallacia, figmentum. Hinc a ſeptima littera ſeriei quintae interpraetatio eſt eiusmodi: *usque nunc multi ſunt anni: non ſolum nullum reſponſum uenit; quapropter difficillimum eſt diſcernere uerum et falſum.*
4. *jeu*, ſignificat *immo*, *etiam*, *inſuper*.
5. *jeu*, exſiſtere, dari. Pronunciatio fere eſt eadem.
6. *tuon*, confuſio, perturbatio, ſeditio.
7. *tai*, conſtat ex ſuperioribus.
8. *tſchi*, aequiualet particulae *ti*, de qua in ſerie ſecunda.
9. *ſin*, conſtat ex ſuperioribus. Senſus hucuſque eſt: *immo ſunt confuſa, quae aduenerunt noua.*
10. *in*, eſt particula cauſſalis, *propter*.
11. *zú*, (ſeu *z'*, uti in ſecunda ſerie notatum, uel etiam *zl*, quaſi ſubtile l in ſibilo ad dentes exprimendo) reſpondet praenomini *hic*, *haec*, *hoc*.
12. *jù*, conſtat ex antecedentibus.
13. *ngo*,
14. *lo*,
15. *ſu*, (uel ſſ aut ſl, iuxta ante dicta) continent hae tres litterae appellationem Moſcouitarum apud Sinas.
16. *ti*,
17. *gin;* pariter notae ſunt ex praecedentibus.

VII^ma^ ſeries.

1. *jeu*, conſtat ex ſerie praecedenti.
2. *tai*, alio deferre, tollere.
3. *ſin*,
4. *kiu*, notae ſunt ex prioribus.

Digitized by Google

5. *ſiang*, cogitare, conſiderare.
6. *ſchi*, aequiualet τῷ *ſum*, item ſignificat *ſic eſt*, *uerum eſt*, *aequum eſt*.
7. *tau*, peruenire, uſque.
8. *kiu*,
9. *leau*, patent ex ſupra dictis. Vnde a decima littera ſeriei VItae haec ſequitur conſtructio: *propterea data eſt Moſcouiae hominibus etiam deferenda epiſtola, et cogitare licet, eam peruenisſe.*
10. *pi*, certe, neceſſario.
11. *king*, profecto, tandem, equidem.
12. *ngo*,
13. *teng*,
14. *tſchai*,
15. *kiu*,
16. *gin*, habentur iam ſupra.
17. *chai*, (ſono medio inter o et e) ſignificat *redire*, *reuerti*, *ſe emendare*

VIIIua ſeries.

1. *ſchi*, littera et particula temporis, poſtpoſita uerbis ſignificat *cum*, *quando*, *ſi*.
2. *ſſii*, (u gall.) res, opus, negotium.
3. *Zing*, haecce littera eſt ſynonyma praecedenti; item ſignificat paſſiones et adfectiones animi.
4. *tu*, eſt particula collectiua, idem ac *omnis*, uniuerſus.
5. *ming*, clarum, manifeſtum eſſe, intelligere, intellectus.
6. *pe*, album, purum, clarum. Hae duae litterae iunctae ſignificant omnimodam claritaten, diſtinctiſſimam cognitionem.
7. *tſchi*, patet ſupra. Conſtructio a decima littera ſeriei ſeptimae ſic ſonat: *Certe equidem a nobis ablegati homines cum redierint, et negotiis omnibus clariſſime elucidatis.*
8. *cheu*, (per χ, non ×, et *eu* fere inſtar *ou* pronunciando) eſt particula temporis, *poſtea*, *tunc*, *tandem*. Significat etiam poſteros, ſucceſſionem.

9. *fang*, hic eſt ſynonyma praecedentis: alias ſignificat *domum*, *habitationem*, *quadratum*, *regulam*, *comparationem*, *praeparare*.
10. *ko*, poſſe, licere, permittere, uelle.
11. *fin*, hic ſignificat *fidem*, et cum immediate ſequenti *credere*.
12. *te*, obtinere, inuenire, adſequi, poſſe. Vnde ab octaua littera ſenſus eſt: *tunc tandem poteſt fides obtineri*.
13. gio, eſt particula conditionalis *ſi*.
14. *ſchi*, hic eſt particula aduerſatiua *autem*, *uero*,
15. *ngo*,
16. *teng*,
17. *tſchai*, uti ſupra.

VIIIIᵃ ſeries.

1. *kiu*,
2. *tſchi*,
3. *gin*,
4. *pu*,
5. *chai*: hae litterae conſtant ex praecedentibus, et faciunt a 13ᵃ ſeriei octauae hunc ſenſum: *ſi autem a nobis delegati homines non redierint*.
6. *wu*, (uel ŭ) *deficere*, *deeſſe*, *carentia*, *priuatio*.
7. *tſchin*, habetur ſupra.
8. *phing*, (p adſpiratum, non f)
9. *kiû*, ſimul ſignificant fundamentum morale: alias *inniti*, *fidere*, unde interpretatio: *deeſt uerum fundamentum*.
10. *ſue*, quamuis, etiamſi.
11. *jeu*, habetur ſupra.
12. *ſchin*,
13. *mo*, ſimul ſignificant *quicumque*, *qualiſcumque*.
14. *ſchu*,
15. *ſin*, habentur iam ſupra. Et fit ſenſus: *quamuis dentur qualecumque aliae epiſtolae*, *rumores*.

Digitized by Google

16. *zung*, particula collectiua *simul, omnino, uniuersim.*
17. *sin*, cum duabus primis litteris seriei sequentis significant, *omnino credi non potest.*

X^ma^ series.

1. *pu*,
2. *te*,
3. *in*,
4. *zù*, (uel z' aut zl) Priores 4 abunde notae sunt.
5. *wæi*, est littera auxiliaris, significat etiam *adnuere adsentiri.*
6. *kung*, timor, motus, suspicio.
7. *schu*,
8. *sin*,
9. *pu*, habentur saepius.
10. *thung*, penetrare, communicare, intelligere.
11. *sie*, scribere, pingere, efformare, fundere ex metallo.
12. *zù*,
13. *zù*, eadem fere utriusque pronunciatio; constant ex praecedentibus. A tertia littera respondet hic textus latinus: *et ueriti, ne litterae penetrare non possint, has scribimus.*
14. *kien*, simul, iunctim, coniungere.
15. *schang*, superaddere, superinducere, adhaerere, item supra, superior, altus, extollere, ut cum 16^a^, 17^a^ ac 1^a^ seriei sequentis sensus sit: *superaddantur Europaeae litterae*, seu uersio latina.
16. *si*,
17. *jang*, iam supra.

XI^ma^ series.

1. *Zù*, de hac littera iam ante.
2. *kan*,
3. *ke*, simul significant *sculpere, incidere, litteras in tabulis pro typo exprimere.*
4. *jung*, uti, adhibere, utilis, usitatus.

5. *Kuang, (Qwang)*
6. *tung*, conficiunt nomen Prouinciae Cantonienſis; alias quinta ſignificat *magnum, amplum, latum, extenſum*, et ſexta *Orientem.*
7. *ſiun*,
8. *ſu*,
9. *juen*, (u celeriter pronunciando fere tranſilitur in hac et quinta littera praecedente) denotant officium Proregis.
10. *in*, ſigillum, obſignare. Vnde patet uerſio: *typis mandentur, cantonienſis Proregis ſigillo muniantur.*
11. *ſchu.*
12. *pu*, conſtant iam aliunde.
13. *ſung*,
14. *kien*, ſimul ſignificant *claudere et obſirmare epiſtolam.* Hinc uerſio: *epiſtola non claudatur.*
15. *ſan*, quotquot, omnes.
16. *lai*,
17. *ti*, uid. ſupra.

XII^ma^ ſeries.

1. *tſchung*,
2. *ſi*,
3. *jang*,
4. *gin*, hae quatuor litterae habentur antecedenter.
5. *to*, multitudo, multa, exceſſus, item laudare, uincere.
6. *ſa*, euulgare, producere, erumpere, germinare, fermentare.
7. *ju*,
8. *tai*,
9. *kiu*, iam notae ſunt, cum reliquis litteris faciunt ſenſum: *quotquot uenerunt, omnibus Europaeis plurima exemplaria dentur aſportanda.*

XIII^a^

XIII[a] ſeries et ultima.

1. *Kang*,
2. *chi*,
3. *u*,
4. *ſchĕ*,
5. *u*,
6. *nien*,
7. *kiu*,
8. *jue*, (u tamen in pronunciando uix percipitur)
9. *ſchĕ*,
10. *zi*,
11. *gĕ*, medio ſono inter *je* latinum et *ge* italicum, item medio ſono inter e et i.

Hae litterae iam notae ſunt. Verſio: *Kang-chi Imperatoris quinquageſimo quinto anno, nona Luna*, (ſeu menſe lunari) *decimo ſeptimo die.*

Haec ſufficiant pro qualicumque ſinicarum litterarum notitia, qualem ipſe tanquam tiro, exiguam adhuc habeo. Forte tamen erunt, quos uel haec noſſe iuuabit. Hos enixe precor, ſanctis ſuis ſuffragiis a diuino Spiritu, ſeu ſupremo Magiſtro mihi impetrent, ut linguam meam, uelut infantis, faciat eſſe diſertam ad enarrandam Gentibus Dei gloriam, et opera manuum eius.

Hactenus b. *Koeglerus.*

III.

Sequitur in archetypo ſinenſi Verſio *latina*, pulcherrime tabulae ligneae inciſa, lineis quindecim, cum infra ſcriptis nominibus ſex linearum.

Nos Itoury, Voamtaohoa, Tchaoticham, Aulae *Ouintien*, et ejusmodi ubi libri conficiun|tur, locorum Mandarini, obe-

dientes reverenter Imperatoris mandato, ad omnes qui | ex Europa appulerunt, scribimus.

Anno Kam-Hi 45°.s) P. P. Antᵃ. Barros et Antˢ. Beauvolier: anno Kam-Hi 47°.t) P. P. Joseˢ. Provana | et Raymondus de Arxo de mandato Imperatoris in Europam missi sunt. Multis ab hinc | annis non modò nullum responsum venit, unde verum a falso discerni non potest, sed | etiam confusi rumores afferuntur. Idcirco Moscovitis rursus tradita est Epistola de | ferenda, quam verisimile est pervenisse. Certè quidem cum homines a nobis mis|si redierint, et negotia omnino clara fuerint, tune adhiberi fides poterit. At ni|si homines a nobis missi revertantur, deerit verum fundamentum: et etiamsi | quaecumque epistolae vel nuntia venerint, omnino credi non potest. Et veriti ne lit|terae penetrare non possint, has scribimus: his versio europaea adjiciatur: omnia | typis mandentur: Proregis Cantonienſis sigillo muniātur: non autem claudan|tur: plurimaque Exemplaria omnibus recenter advectis Europaeis distribuantur, | quae ipsi secum asportent. Datum An: Kam-Hi 55°. (1716) 9ª. Lunae die 17ª. (Octob. 31.)

De mandato Imperatoris subscripsimus

Kilianus Stumpf Dominicus Parrenin Soc. J. Joseph Baudinus. S. J. Soc. JESU Petr. Vinc. de Tartre. S. J. Franz staiblin *S. J.*

Matthaeus Ripa Mis. Aplicus. Josephus Suares. S. J. Petrus Jartoux Soc. J. Jacobus Brocard S. J.

Sac. Cong. de Prop. Fide. Joachimus Bouvet Soc. J. Franc. Cardoso Soc. J. Joseph da Costa S. J.

Thoodor. Pedrini M. A. Joan. franc. foucquet. S. J. Joannes Mouraõ S. J. Joseph Castiglione S. J.

Quae

s) a. 1706. t) a. 1708.

Quae in praecedentis Epiſtolae Imperatoriae contextu explicare poſſum, haec ſunt.

Tchao ti cham (tſchang) Luſitanam ſecundum pronunciationem *tsou cham*. Eſt in mea Collectione ſat larga, de grauiſſima Cauſſa Rituum Sinicorum, Decretum Imperatoris Sinenſis anni 1706, latine uerſum, ubi occurrit Mandarinus *Tchao-tchao*, qui debuiſſet ſcribi *Tſchang*. Huius Mandarini fidem Imperator ſaepe integram expertus eſt. Poſtea a mendace *Theodoro Pedrini* offenſus fuit; ſed turpiter palinodiam canere coactus eſt, ut me docet Vir egregie doctus D. *Georgius Pray*, in Hiſtoria Controuerſiarum Rituum Sinicorum, pag. 213. ſeq. Video quoque e *Succincta Narratione* mea autographa Koegleriana, ſat male habitum fuiſſe in Aula tam ab Imperatoris Filiis duobus, quam a Mandarino *Tſchao*, quem offenderat, et ab Eunuchis Palatii.

Ioſephus Provana.) Iam ſupra, pag. 4 eſt commemoratus.

Matthaeus Ripa. Theodorus Pedrini) De his uid. ſupra pag. 4.

Plurima nomina Ieſuitarum Pekinenſium, qui ſubſcripſere, celebria ſunt.

Kilianus Stumpf) Ieſuitarum per id tempus Viſitator per Sinam, ut uideo e ſchedis b. P. *Kögleri*.

Dominicus Parrenin, Petrus Jartoux, Joachimus Bouvet) Cum hiſce aliiſque commercium litterarum habuit *Leibnitius*. Vid. eius Epiſtolae ad diuerſos, Vol. III, pag. 15 ſeq. ubi legitur epiſtola gallica P. *Bouvet* Pekino ad magnum Virum ſcripta d. 2 Nou. 1702. Multae obſeruationes aſtronomicae iam ab anno 1711 Pekini a P P. *Parennin* et *Jartoux* in ſpecula aſtronomica Collegii gallici S. I. inſtitutae legi poſſunt apud P. *Souciet* Obſervations mathématiques, T. I, p. 36 ſeq. Haec diſtat tertia parte milliarii marini uerſus auſtrum ab Obſeruatorio Imperali, ad orientalem Vrbis plagam ſito, cuius delinea-

neationem e Sinis missam P. *Ferdinandus Verbiest* Astronomiae Europaeae sub Imperatore Kang-hi addidit, editae Sinice et lat. Pekini, 1668. fol. Latine, Dilingae, 1687. 4. Descripsit exemplum sinicum *Leibnitius* in Nouissimis Sinicis, p. 151 — 156. De nouissimo Missionis Sinicae statu indicia satis ampla e litteris Pekinensibus a. 1782 — 1787 attuli in tomo primo, p. 96 — 130 noui mei Diarii litterarii Lipsiensis.

Ioseph Castiglione) Frater laicus, Mediolanensis, quem Imperator *Kien-long* ob insignem pingendi peritiam ante alios ferebat. Regulas pingendi artis adcommodauit gustui sinico; de qua re uid. *Staunton* Reise der britt. Gesandtschaft an den Kaiser von Sina. Halle, 1798. 8. T. 2, pag. 200. Ita ad me P. Bonschab a. 1774: *Frater Castiglione, Italus, ante plures annos iam obiit, ut et Bauarus, P. Anton Goggeisl* x), *qui praeter famam uiri candidi, et eruditissimi, reliquit etiam Quadrantem, a se per manus Sinensium fabricatum, pro astronomicis obseruationibus ultra Parisiensem et Sinis multo utiliorem aestimatum.* Vid. Diarii litter. T. IV, pag. 232. Finito bello, quod gessit *Kien-long* contra Tataros Eluthanos, curauit pingi 1763 sedecim magnas picturas, quibus aulas suas exornauit. Venerunt postea ad Imperatoris manus quaedam icones pictoris et sculptoris *Georgii Philippi Rugendas*, quae similes actiones exhibebant; tum uero illas intellexit, eique placuerunt y). Iussit ergo *Iosephum Castiglione* (qui tunc habebat aetatis annos 78, Pekini 49, ualebatque etiamnum oculis et manibus)

P.

---

x) Hic, et P P. *Augustinus Hallerstein* atque *Florianus Bahr* erant intimi amici P. *Ignatii Bonschab*, cum quo iucundissimum mihi fuit litterarum commercium.

y) Gustum etiam in arte Musica ualde bonum aurescne delicatas ostendit hic Imperator. Referente ciue gallico *P. L. Ginguenet*, in libro suo: *Notice sur la Vie et les Ouvrages de* Nicolas Piccinni, (à Paris, an. 9. 8. mai.) pag. 10: *En 1778 le père Amoretti, un des Jesuites retournés de la Chine en Italie, de*

P. *Ignatium Sichelbart*, Bohemum, Fratrem *Dionyſium Attiret*, Gallum, et P. *Damaſcenum*, Romanum, Ord. S. Auguſtini de propaganda, ut illas magnas picturas in minorem formam redigerent[2]): redactas primas quatuor m. Iulio 1764 expediuit Cantonem ad Proregem, ut nauibus Europaeis traderentur in Europam transferendae. Sequentibus annis aliae mittebantur, ut ſculperentur et imprimerentur in Italia, exprimanturque ex ſingulis tabulis ſolummodo centum exemplaria, et una cum tabulis huc remittantur. Ludouicus XV iſtas picturas aeri incidi iuſſit, Laminaſque aeneas cum impreſſionibus Imperatori transmiſit. F. *Caſtiglione* obiit d. 16 Iulii, 1766, aet. 79; impendit 50 annos in ſtatione Pekinenſi, imperantibus *Kang-hi*, *Yung-tſching* atque *Kien-long*, quorum gratia fretus potuiſſet exemplis ſuis modeſtiae, humilitatis, ſollertiae, ac patientiae, hanc aulam conuertiſſe, ſi ea conuertibilis eſſet. Imperator publico decreto laudes illius proſecutus, et dignitatem uno gradu auxit, et trecentas uncias, ad honorandum et ornandum eius funus, donauit.

Sta-

de retour à Gênes, y publia que quelques Jéſuites Italiens avoient apporté à Pekin, parmi pluſieurs productions des arts de l' Europe, la partition de la fameuſe Cecchina, *ou Bonne-Fille, qu' ils l' avaient fait exécuter devant l' Empereur de la Chine; que ce prince en avait été ſi délicieuſement emu, qu' il avait établi une troupe de muſiciens chargés ſeulement de jouer la muſique de cette pièce; qu' enfin il avait fait bâtir par d' habiles ouvriers du pays une eſpèce de théatre, et que ſur les murailles il avait fait peindre toutes les ſcènes de la* Cecchina, *afin de pouvoir la voir et l' entendre à la fois.*

2) Magna fuit inter eas differentia, teſte *Hallerſteinio*. Pictura *Iosephi Caſtiglione* erat ſine dubio optima, hunc ſequebatur *Ignatius Sichelbart* et *Dionyſius Attiret*, ſed paſſibus non aequis, et hos longo interuallo P. *Romani*, licet Romanus, qui erat adhuc nouus. Vid. *Hallerſteinii* Epiſt. anecdotae ad *Hellium*; in D. *Pray* Impoſturis 118 Cettonianis (Budae, 1781. 8. mai.) pag. 44.

Status Miſſionis Sinenſis Ieſuitarum ab a. 1766 ad a. 1800.

In Collegio Pekinenſi a). Duo Luſitani, *Felix de Rocha*, a. 1777 primus tribunal. mathem. Praeſes, mortuus 1781. *Ioſephus Bernardus*, a. 1777 Collegii bonorum curam geſſit. A. 1779 ſucceſſit Patri *Colas*, in Praeſidio Tribunalis mathematici b). Tres germani, *Antonius Gogeiſl*, Bauarus, *Florianus Bahr*, Sileſius, et *Auguſtinus* e Comitibus *Hallerſtein*, qui deceſſit A. 1775. Praeterea duo ſacerdotes Sinae, *Jang* Vincentius, et *Zuei* Paullus.

In altera domo, quam uocant Reſidentiam S. Ioſephi, fuere quinque: quatuor Luſitani, *Ioſephus Eſpinha*, a 1785 primus Tribun. mathemat. Praeſes, *Iohannes Seixas*. *Ignatius Franciſcus*, *Andreas Rodriguez*, Hiſpanus, et *Ignatius Sichelbart*, Bohemus, praeclarus pictor, qui obiit, cui, ubi annum attigit aetatis ſeptuageſimum, plura dona transmiſit *Kien-long*, quibus adiunxit Patris Elogium, ſua manu ſcriptum. Vid. Diarii litter. T. IX, pag. 93. Frater *Ioſepus Panzi*, pictor, cuius litteras 1776 et 1777 Pekini ſcriptas dedi in T. VII, p. 262 et in T. IX, p. 93 Diarii. *Andreas Rodriguez*, Hiſpanus, eſt ab a. 1775 ſecundus Praeſes Tribunalis mathematici. Eius epiſtolam Pekini ſcriptam edidi latine in Diarii litterarii T. VII, pag. 264 ſeq. Miſit litteras 1793 d. 7 Maii et 6 Aug. datas ad Legatum *Macartney*. Vid. *Staunton's* Reiſe der britt. Geſandſchaft, T. 2, pag. 60. Duo ſacerdotes Sinae *Tſchang* Emmanuel, et *Schin* Ioſephus. Templum huius Domus decima

---

a) Huius Collegii Templi frontiſpicium ornatum eſt quinque characteribus decumanis, auro exaratis: *Sche-Kien-Tien-ſchu-tang*: Decreto Imperatoris erecta Caeli Domino Aula.

b) Huius epiſtolam Pekino, 1782 ſcriptam inſerui noui mei Diarii Tomo primo, pag. 99 — 103.

Digitized by Google

ma nona Februarii 1775 deflagrauit. Aliud iam exſtructum eſt. Imperator ſacro hoc pro aedificio largam contulit ſtipem, uiginti florenorum millia. Vid. meum Diar. litterar. T. VII, pag. 266. Praeter iſta duo templa eſt Oratorium pro Miſſionariis, qui obſequio Aulae addicti ibi uel plerumque, uel frequenter morari coguntur. Habent ab a. 1792 Miſſionarii Luſitani ſcholas mathematicas in Prouinciis, e quibus non nulli Pekinum ab Imperatore uocantur.

In domo P P. Gallorum, intra Palatii Imper. moenia: *Michael Benoit* obiit; *Alexander la Charme*, *Ioſephus Amiot*, multis eruditis ſcriptis celebris c), ut etiam P. *Cibot* d) et *Attiret*. Frater *Thibaut*, horologiis automatiſque ingenio ſummo perficiendis eximius artifex, mortuus a. 1766, quem ſequebatur eadem arte P. *de Ventavon*. (Vid. Diarii mei T. IV, p. 225) *Adeodatus Dolliers*, patria Lotharingus, gente Hibernus, (*Petrus Cibot obiit* 1784) Frater *Dionyſius Attiret*, *Aloyſius de Poirot*, et *Poiſſon* e) cum duobus ſacerdotibus Sinis, *Jang* Stephano,

c) V. c. *Lettre de Pe-king le 20 Oct.* 1764 *ſur les Caractères Chinois.* à Bruxelles, 1773. 4. mai. Plurimae Diſſertationes in *Memoires concernant les Chinois*; u. g. T. XII. *La Vie de* Koung-Tſée, *ou Confucius.* Pariſiis prodiit: *Abregé hiſtorique des principaux traits de la Vie de* Confucius, *orné de 24 eſtampes gravées par* Helmann *d' après les deſſins originaux de la Chine, envoyée à Paris par le Pere* Amiot, *Miſſionaire à Pekin, et tirée du Cabinet de Mr.* Bertin, *Miniſtre et ancien Secretaire d' Etat.* 4. mai. T. XIII. *Abregé de la Vie des principaux d' entre les Diſciples de* Koung-Tſée &c.

d) *Eſſai ſur la longue Vie des Hommes dans l' Antiquité. ſpécialement à la Chine; Traduction de quelques Pièces de Poeſie chinoiſe.* Mémoires, T. XIII, p. 309 ſeq. et 516 ſeq.

e) Magni nominis Miſſionarius, qui multum gratia ualuit apud *Kien-long*, et etiam nunc ualet apud hodiernum Imperatorem *Tay hay Tſing*. Multum adiuuit ſtabilienda pacta emporetica cum Republica Gallica. Vid. noui mei Diarii T. I, p. 95.

Digitized by Google

et *Kuo* Aloyſio, a. 1766 e Gallia reducibus. Ieſuitae Europaei in urbe, et circa illam, itinere unius, ad ſummum duorum dierum, Sinae per prouincias *Pekinenſem*, *Schan-tung*, *Ho-nân*, et *Leao-tung* extra murum Miſſiones obeunt.

Epiſcopus Nankinenſis, *Godefridus Leimbeckhouen*, Vindobonenſis, ſacerdos quondam Soc. Ieſu, nobili apud Auſtriacos loco natus, in *Ho-nân* prope confinia prouinciae Nankinenſis ſuae Miſſionis ſedem habuit. Iam ab a. 1738 in Sinico regno fuit. Litteras eius exhibui in T. XI mei Diarii, pag. 193 — 208 Nankini d. 25 Iulii, 1780 ſcriptas, et latine uerſas. *Luſitanice* leguntur in noui mei Diarii Tomo primo, pag. 104 — 114. Aliae a. 1785 ad amiciſſimum Virum, *Laurentium Kaulen*, Vlyſſiponem datas, ibid. pag. 115 — 125. Deceſſit d. 22 Maii 1787 Nankini. Miſſionarii Cantonienſis munere fungebatur a. 1783 *Ioh. Simonelli*.

De P. Ignatio Koeglero.

Doctiſſimus P. *Ignatius Kögler*, Landsbergae in Bauaria a. 1680 natus, ſe a. 1696 Societati Ieſu addixit. A. 1712 munere Profeſſoris Matheſeos Ingolſtadii fungebatur. Delatus a 1715 in Sinam, iubente Monarcha Sinico, d. 30 Auguſti 1716 Pekinum uenit.

Eius *Notitias* (quae inſignem Linguae hebraicae peritiam oſtendunt) *circa S S. Biblia Iudaeorum in Caifung, metropoli Prouinciae Ho-nân in Imperio Sinenſi*, in Diarii Tomo VII, p. 240 — 252 publici iuris feci, cum additamentis celebrium Virorum *De-Roſſi*, *O. G. Tychſen*, et *Michaelis* f), in T. IX, p. 81 — 92; in nouo Diario Lipſienſi, T. I, pag. 147 ſeq. et T. II, p. 303 — 308. Noua editio auctiorque nunc ſub prelo eſt Lipſiae.

Iam

f) Vid. quoque eius Orient. Bibliothek, P. XV, Num. 238.

Iam A. 1717 fungebatur *Koeglerus* munere Praefidis Tribunalis Mathematici. Ita enim P. *Gaubil* ad P. *Soucietum* g), in litteris Pekini, d. 5 Nou. h. a. *Le R. P.* Kegler, *Preſident du Tribunal de Mathématique, a une vieille carte Chinoiſe d'étoiles faite bien long-temps avant que les Jéſuites miſſent le pied en Chine. Les Chinois y ont marqué pluſieurs étoiles, qu'on ne voit qu'avec de lunettes, et elles ſont marquées aſſés juſte dans l'endroit où on les voit avec les lunettes, ayant égard au mouvement propre des étoiles.* — Ampliſſimam hanc dignitatem comitabatur Mandarinatus ſecundi Ordinis h), cui addidit Imperator *Yong-tſching* a. 1731 minus grauiſſimum, (quod inuſitatum hactenus erat) Adſeſſoris tertii ſupremi Imperii Tribunalis, *Li-pú* (caerimoniarum, Artium, Religionum in Imperio Sinenſi permiſſarum, nimirum *Eruditorum*, *των Tao-ſsee*, et ſequacium ſectam *Fo*) nominati.

A. 1733 d. 16 Ianuarii aſtronomus noſter primis aulae Mandarinis *(Ko-lao)* tradidit libellum ſupplicem, Sociorum nomine conſcriptum, Imperatori exhibendum, qui uernos honores defuncto patri *Kang-hi* ad ſepulcrum, tridui itinere Pekino diſſitum, habebat. Redux ubi libellum legiſſet, cum laude Miſſionarios ex aula dimiſit, ut pluribus refert amiciſſimus *Pray* in Hiſt. Controu. de Rit. Sin. pag. 239.

E uita deceſſit a. 1746 quum tertium eſſet Antiſtes Miſſionum Sinenſium et Iaponicorum. Sepultus fuit ſumtibus Imperatoris *Kien-*

 long,

g) *Obſervations mathématiques, aſtronomiques*, &c. T. I, pag. 4.

h) Ab a. 1581, hoc eſt, ab ingreſſu Ieſuitarum in Sinam, uſque ad annum 1773 noti mihi ſunt ex Ieſuitis Mandarini uniuerſe octo, quorum duo pauonis, reliqui ciconiae (u. c. P *Schall*) inſignia deferebant. Primum Imperator *Schun-tſchi* a. 1645 P. *Ioh. Adamum Schall* ea dignitate ornauit, quem ſequebatur *Ferdinandus Verbieſt*, ab Imp. *Kang-hi* 1666 Mandarinus renunciatus. Draconis figura inſigne eſt ſummi Imperii, Imperatori proprium, ut patet ex effigiebus, quas habeo, *Schun-tſchi*, *Kang-hi*, *Kien-long*, Monarcharum.

long, ritibus romano catholicis. Id quod P. *Antonius Gogeisl* die 28 Nou. eiusd. anni ad amicum suum P. *Henricum Hiss*, Mathematum Professorem Ingolstadii perscripsit, cuius Epistola inserta est P. Francisci Kelleri *Reisebeschreibung der Missionarien der Gesellschaft Jesu*, P. 35. Vindob. 1758. 8. p. 1 seq.

Designatio eius Obseruationum astronomicarum, aliorumque scriptorum.

Observation de l' Eclipse de la Lune du 21 Septembre 1717 faite par le P. Kegler, *President du Tribunal des Mathématiques.* Souciet Observations mathématiques, astronomiques, T. I, p. 37.

☍ ♄ *et du* ☉ *observée à Peking par le même;* Ibid. p. 70.

Observation de l' Eclipse du Soleil du 19 Février 1719 faite à Péking par le même.

Elipse du Soleil du 4 Août 1720. Par le même, pag. 32.

Obseruatio eclipsium Satellitum Iouis, Pekini, 1720. Noua Litteraria Lipsi. P. IV, n. 1.

Obseruatio coniunctionis eclipticae fixarum prope Lunam. 1720. Ibid. n. 2.

Occultations ou Eclipses des Etoiles fixes par la Lune, observées à Peking en 1721 et 1722 par le P. Kegler; Ibid. pag. 59. seq.

Observations des Satellites de Jupiter 1722; Iqid. pag. 79.

Obseruatio Eclipsis Lunae, habita in Obseruatorio regiae Pekinensis A. 1722, die 2 Ian. post merid. a P. Ignatio Koegler, *S. I. in Sinis Missionario.* Mém. de Trevoux, Nov. 1723, p. 2246. seq.

Observations des Satellites de Jupiter, faites à Péking, par le P. Kegler, *et par les P P.* Gaubil i) *et* Jacques *en 1724 et suiv.* Ibid. p. 80.

Ap-

i) Nat. d. 14 Iul. 1689 ordinem Iesuitarum elegerat a. 1704 Tolosae. Pekinum uenit a. 1723 Imperante *Yong tsching*, Christianis ualde propitio. Vid. Diarii litterarii Tom. 4. pag. 221.

Approximation de Venus à Régulus, 1724. Ibid. p. 98.

Obſervations des Satellites de Jupiter faites à Peking en 1725. Ibid. pag. 84.

Obſervations des mêmes en 1726. Ib. p. 88 ſeq. *en* 1727. Ib. p. 93.

Obſervation de l' approximation de Mars et de la Lune du 19 Janv. 1726. Ib. p. 97.

Approximation de ☿ ♀ ♂ *et* ♃ *en Mars* 1725, *obſervée à Péking par les P P.* Gaubil *et* Jacques, *avec les Obſervations du P.* Kegler. Ib. pag. 101 ſeq. Cum tabula aenea.

Obſeruatio Eclipſis Lunae totalis Pekini A. C. 1725 *die* 22 *Octobris, ineunte a media nocte, facta a R. P.* Ignatio Kögler *in turri mathematica. Souciet*, T. I, p. 45 ſeq.

Obſervation de l' Eclipſe portielle de Lune du 16 *Avril* 1726 *faite à Péking, par le même.* Ibid. p. 57. ſeq.

Approximation de la Lune à l' étoile β *dans* ♉ *obſervée;* ibid. p. 65.

Obſervation du Paſſage de la Lune par les Pleiades faite au Collége de Péking; ibid. p. 66.

Type de l' Eclipſe du Soleil du 15 *Sept.* 1727 *calculée par le R. P.* Kögler; ibid. pag. 32.

Inſignis Lunae Congreſſus cum Pleiadibus per medium earum tranſeuntis, obſeruatus Pekini in Collegio Societ. Ieſu a R R. P P. *Ignatio Kögler* et *Andr. Pereira*, die 31 Octobris 1727 poſt meridiem.

Eiuſdem *Ephemerides planetarias cycli ſexagenarii ab a.* 1723 *ad a.* 1733, ad ſe transmiſſas, exhibet *Theoph. Sigefridus Bayer* de Horis ſinicis &c. pag. 23 ſeq. Tabulam Cycli ſexagenarii columnis ſex eleganter ob oculos poſuit *Fourmont* in Gramm. ſin. pag. 309.

Omitto, ne nimium prolixus ſim, reliquas Obſeruationes Koeglerianus, in *Soucieti* Tomis II et III exhibitas. Coniunctim eas edidit

dit P. *Melchior dalla Briga*, S. I.[k]) in Parte ſecunda libri: *Scientia Eclipſium ex Imperio et commercio Sinarum illuſtrata*, &c. (*Romae et Lucae, Partibus IV*, 1747. in 4.) *ſub tit. Obſeruationes Eclipſium, uariorumque caeleſtium congreſſuum, habitae in Sinis a R. P.* Ignatio Kegler *in Imperiali Academia Pechinenſi Aſtronomiae Praefide, aliisque P P. Societatis Ieſu.* Lucae, 1745. 4. c. fig. Haſce omnes maiori opere complexus eſt immortalis *Hellius* hoc titulo: *Obſeruationes aſtronomicae ab a.* 1717 *ad a.* 1752 *Pekini Sinarum factae.* T. II. Viennae 1768. 4.

Catalogus librorum mathematicorum, phyſicorum et philoſophicorum, ſinice ſcriptorum editorumque a Miſſionariis Societatis Ieſu.

E P. *Ferdinandi Verbieſt S hing kiaó ſin ſching*, Sanctae Religionis fideli teſtimonio (Pekini, 1668 ſol.) Latine conuerſo Dilingae, 1687, 4. ſub tit. *Aſtronomia Europaea ſub Imperatore Tartaro Sinico* Kang-Hi. Cum tabula aenea Obſeruatorii Pekinenſis. Vid. *Leibnitii* Nouiſſima Sinica, p. 151. Theologica ex hocce libro et e *Fourmontii* Grammatica Sinica dedi in *den Briefen eines Proteſtanten über die Aufhebung des Ieſuiterordens.*

ARITHMETICA. Vniuerſa Arithmetica practica, XI Voluminum. Auctore *Matthaeo Ricci* (+ 1610), celeberrimo in rebus mathematicis. Primus omnium ad Aulam penetrauit.

Iacobi Rhó, Mediolanenſis, Arithmetica Neperiana.

Alii

k) De quo uid. *Gli Scrittori d' Italia del Conte* Giammaria Mazzuchelli. Vol. II, P. IV, in Brescia, 1763. fol. pag. 2092 ſeq.

Digitized by Google

Quadrupedum Sinicorum Dispositio, methodo Linnaeanae accommodata. Aud. C. J. de Murr.

1 佛 2 猩 3 狨 4 果然 5 獮猴 6 猨 7 伏翼 8 鼯鼠 9 象
10 膃肭獸 11 狗 12 風貍 13a 鼬鼠 13b 水獺 14 獾 15 狼 16a 虎 16b 豹 17 靈貓
18 貍 19 貓 20 木狗 21 兎 22 鼠 23 黃鼠 24 鼷鼠 25 鼢鼠 26 鼯鼠
27 駝 28 麝 29 鹿 30 麈 31 羊 32 黃羊 33 山羊 34 麕羊
35 鹿 36 牛 37 犛牛 38 犀 39 馬 40 驢 41 豕 42 豪豬

Alii quoque (praeter numeros) uſui inſeruire poterunt characteres ſinici, nimirum in Analyſi, ita ut non tantum ad aequationum reductiones, uerum etiam ad Series infinitas breuiſſime exprimendas adhiberi queant. Experientia docebit expreſſionem ſinicam Formulae Binomii Newtonianae.

Habent Sinae *Çeng pù ſwon fà iong çong cjwèn*, ſiue Collectionem Librorum ad generales numerandi regulas facientium. Tractatuli ſunt complures breues, de antiqua Sinarum Arithmetica. Vol. 4 in unico Inuolucro. Cat. Bibl. Reg. n. 43, pag. 480.

Diſſertationem de uariis in Aſia et Africa numerandi modis combinandique unitates ſcripturus ſum, ſi uacabo, u. c. Iaponum, Sinenſium, Tibetanorum, Congenſium, &c.

GEOMETRIA. *Euclidis* ſex libri priores. 6 Voluminibus. Vertente P. *Matthaeo Riccio*. Imp. *Kang-hi* etiam *mantſchurice* uerti iuſſit.

Geometria practica. Auctore *Matth. Ricci.*

De menſuris. *Eiuſd.*

De figuris perimetris. *Eiuſdem.*

Jul. Aleni, Brixienſis, (+ 1649) dicti in Prouincia Tokien *Confucius Occidentis*, *Kĭ hô yaó fà*, Primarum Geometriae regularum fundamenta. 4 Vol. *Fourm.* p. 495. *Eiuſd.* Compendium Euclidis. Vid. *Mazzuchelli* Scrittori d' Italia, Vol. I. P. I, pag. 434.

Iacobi Rhò, Mediolanenſis, (nat. 1590. den. 1638.) Geometria ſpeculatiua, et practica.

Eiusd. Linearum, ſuperficierum et corporum. 10 Vol.

Idem de Menſuris.

TRIGONOMETRIA. *Ioh. Terentii* Trigonometria. 2 Vol.

Cel. *Ioh. Adami Schall* Tabulae ſinuum tangentium et ſecantium.

Eiusd. Trigonometria. 2 Vol.

HYDRAVLICA. P. *Sabbatini de Vrſis* Hydraulica. 6 Vol.

OPTICA, ET DIOPTRICA. P. *Ioh. Adami Schall Yuen king ſchwe* tr. de ſpecillis longe proſpicientibus, ſiue de tubis opticis, ſcriptus 1630. Eſt Dioptrice ſinica. Excitat auctor Ariſtotelis libros *φυσικης ακροασεως*. Cat. Bibl. Reg. n. 47, pag. 399. *Fourm.* pag. 495, 496.

ASTRONOMIA. P. *Matthaei Ricci*, Caeli materialis, terraeque ratio. 2 Vol.

Caeleſtis ac terreſtris Sphaerae explanatio. 2 Vol. Auctore *eodem.*

Sabbatini de Vrſis Planiſphaerium.

Emman. Diaz iun. Luſitani, (+ 1659) tr. de Sphaera; ſinice, *Tiĕn muèn lio*, Caeli porta parua. Cum triplici praefatione. *Fourmont*, pag. 493.

Ioh. Terentii, (+ 1630) Inſtrumentorum mathematicorum deſcriptio et explanatio. 3 Vol.

Eiusd. Compendium utriusque Sphaerae. 2 Vol.

Id. de Sphaerae rectae conſtructione, et Eclipſibus. 2 Vol.

Magni nominis Miſſionarii et Mathematici, P. *Ioh. Adami Schall*, Colonienſis, (+ 1665) tr. de fabrica et uſu Sphaerae caeleſtis et terreſtris. 5 Vol.

Eiusd. Examen Eclipſium, ſ. modernorum et ueterum Europaeorum in concinnando Kalendario methodus.

— — Mappa Stellarum, octo foliis conſtans, diuiſa in bina magna Haemiſphaeria.

— — Tabula Eclipſium Solis et Lunae. 9 Vol.

— — Theoria fixarum. 4 Vol.

— — Tabulae ad fixarum Calculum ſpectantes. 5 Vol.

For-

Forſan hodierni Aſtronomi Pekinenſes ſinice vertent Cel. *Triesnecheri* Aequationes latitudinis Lunae ex occultationibus fixarum caſtigatas, quas a. 1802 ad Societ. Scient. Goetting. miſit digniſſimus *Hellii* ſucceſſor.

Eiusd. Stellarum fixarum ortus et occaſus. 2 Vol.

— — Compendium utriuſque Sphaerae.

— — Breuis ratio calculandi Eclipſes. 2 Vol.

— — Compendium de Caeli obſeruationibus et menſuris. 2 Vol.

— — Libelli ſuplices in fauorem Aſtronomiae Europaeae, 4 Vol.

— — Reſponſa ad dubia propoſita circa Ephemerides.

— — Compendioſa introductio ad Aſtronomiam.

— — Index Librorum aſtronomicorum, a *Ptolemaeo*, *Copernico*, *Tychone* editorum.

— — Differentia aſtronomiae Sinicae ab Europaea. 2 Vol.

Iacobi Rhò, Tabulae quinque Planetarum. 10 Vol.

Eiusd. Ad 5 Planetarum ordines manuductio. 9 Vol.

— — Theoria Lunae. 4 Vol.

— — Tabulae ad abſolutum Lunae calculum ſpectantes. 4 Vol.

— — Theoria Solis.

— — Omnes tabulae ad abſolutum Solis calculum ſpectantes. 2 Vol.

— — Norma Zodiaci.

— — Compendioſa introductio ad Aſtronomiam.

— — Solis occidentis et orientis, ſeu noctium et dierum diuiſio per quadrantes et minuta.

In Aſtronomia celeberrimi *Ferdinandi Verbieſt*, Belgae, Aſtronomiae in Regia Pekinenſi Praefecti, digniſſimique *Ioh. Adami Schall* Succeſſoris, (+ m. Febr. 1688) De Theoria, uſu, et fabrica Inſtrumentorum aſtronomicorum et mechanicorum. 14 Vol.

Horum Inſtrumentorum imagines. 1663. 2 Vol. Cum praefatione ſinica.

Aſtronomia perpetua Imperatoris *Kang-hi.* 32 Vol.

Apologia contra calumnias in Aſtronomiam Europaeam. Contra Sinenſis auctoris *Yang kwan ſien* i. e. Diſceptationem malae uſurpationis; Cat. Bibl. Reg. Pariſ. n. 43. p. 398.

Compendium Obſeruationum caeleſtium.

Libelli ſupplices in fauorem Aſtronomiae reſtitutae. 3 Vol.

Expoſuit Auctor 1666 Imperatori Kalendarii ſinici errores commiſſos ab aſtrologaſtro muhammedano *Vming-huén*, et poſtea trina Solis obſeruatione in Specula aſtroptica Pekinenſi, ad orientalem Vrbis plagam ſita, deſignauit in menſa horizontali transuerſam lineam, tamquam terminum, ad quem diei ſequentis umbra meridiana proiicienda erat, et non plus ultra. Adfixit ſtilo ſiue columnae aeneae quadrilaterae 8 pedibus geometricis, et 3 digitis altae ſupraque menſam horizontalem aeneam erectae, tabellam ligneam transuerſam, ſecundum dictae columnae altitudinem, cuius tabellae ſupremum latus erat exacte parallelum horizonti. Menſae ante dictae ſtilum octo pedibus longum ac quatuor digitis, unoque digito craſſum impoſuit *Verbieſt*. Demiſſa perpendiculari linea uſque in ſubſtratam menſam, determinauit punctum, ex quo particulas longitudinis Vmbrae calculandae incipéret. Die ſequenti omnes Mandarini, iuſſu Imperatoris ad obſeruandum miſſi, ad Speculam aſtropticam conuenerant, atque ecce, ubi iam Sol uſque ad altiſſimum meridiei punctum adſcendit, eodem momento umbra praefati ſtili exacte peruenit ad lineam, die praecedenti in menſa ſignatam, adeo ut omnes adſtupuerint. Triplici ſucceſſu tam proſpero laetus *Kang-hi* Kalendarium ſinenſe *Verbieſtio* examinandum tradidit, atque poſt iteratas obſeruationes, exploſo ignaro Muhammedano, Imperiali Decreto totius Aſtronomiae cura, aduerſariis, Aſtrologo Sina *Yang quang ſen*, et Muhammedano Aſtrologaſtro in carcerem miſſis, *Verbieſtio* commiſſa eſt, additis poſtea uariis dignitatum titulis, quos libello ſupplice uir humilis quater publice porrecto, ſed fruſtra, recuſare conatus eſt.

Eiusdem

Eiusdem triplicis generis Mappae Stellarum.

Eiusdem

Tá	*Ephemerides*
cing	*Sinicae*
kâng	*Kang*
hi	*hi*
ſchĕ	*decimi*
pă	*octaui*
niên	*anni,*

i. e. *Ephemerides Sinicae, ſiue motus ſeptem Planetarum anni Chriſti* 1674, *Imperatoris Sino-Tatari* Kang-hi 18, calculati ad mediam noctem meridiani Pekinenſis.

Eiusd. Caeli Phaenomena. Latine, duabus partibus. 2 Vol. Prima pars ad a. 1674 manu exarata eſt. In altera, quae impreſſa eſt, ſunt *Ephemerides Sinicae*, ſiue motus Planetarum 7 ad a. 1679. Cat. Bibl. Reg. n. 24, pag. 374.

Auctoribus uariis Ieſuitis: *Tſong tſching lie ſchu*, Imperatoris *Tſong ſching* (+ 1655) Kalendarii Liber. 10 Vol. in unico Inuolucro. Habet multa de aliis Matheſeos partibus, ex *Euclide* et antiquis Mathematicis graecis latiniſque, et e *Clauio* &c. deſumta, *Fourm.* p. 492. Hic liber eſt in Biblioth. Vniuerſitatis Bambergenſis. Vid. Diarii litt. T. 2, (1776) pag. 352. et *Merkwürdigkeiten Bambergs*, pag. 175. Vidi ibidem a. 1775 cum alio libro *Tjen vén tũ tſching*, Caeli ſcientiae magnum opus, ſiue *Almageſtum*, 12 uol. unico Inuolucro. Cum multis figuris Globorum, Aſtrorum &c. Auctore *Hoang tũ gẽn*. Debent eſſe 24 uol. Inuolucris 2. *Fourmont*, p. 492, 493. Agitur praecipue de Aſtronomia et Aſtrologia, quae apud antiquos ſemper coniunctae fuerunt; cum enumeratione eorum, qui apud Sinas ante Europaeorum aduentum, Aſtris obſeruandis operam dederunt, et ſunt ad minus 150. Ambos libros acceperunt Ieſuitae Bambergenſes ab amicis Pekinenſibus.

Conf. de Matheſi Sinenſium *Montucla* Hiſt. des Mathématiques, T. I. pag. 399 ſeq. et mea Diſſ. de Scriptis mathematicis Iaponum atque Sinenſium; in Dom. Scheibelii *Einleitung zur mathematiſchen Bücherkenntniſs*, P. VII, pag. 89 — 102.

GEOGRAPHIA. Magna Mappa coſmographica, unica figura elliptica totum Orbem complectens. Auctore *Matthaeo Ricci.*

Martini Martini, Tridentini, (+ 1661) Atlas Sinicus.

Nic. Smogolensky, Mappa Mundi elliptica. Eſt in mea collectione.

Iul.

Digitized by Google

Iul. Aleni Notitia cosmographica Regnorum totius Orbis. 5 Vol.

Ferdin. Verbiest, Mappa totius Mundi terrestris in bina magna haemisphaeria, quarum diameter quinque pedum, diuisa.

Eiusd. Explicatio Mappae cosmographicae maioris delineatae ex mandato Imperatoris *Kang-hi.* 2 Vol.

Sabbatini de Vrsis. Planisphaerium.

CHRONOLOGIA. *Nicolai Trigaultii*, Belgae, Tractatus de Computo ecclesiastico. Primus fuit Iesuita, qui de rebus sinicis librum in Europa edidit, nimirum *de christiana expeditione ad Sinas*, Libros quinque, ex commentariis *Matthaei Riccii*, (Aug. Vindel. 1615. 4.) Paullo V Pont. inscriptam, cuius continuationem mors 1629 intercepit.

Philippi Couplet, Belgae, Kalendarium Ecclesiasticum perpetuum. Talia apud Sinas a Christianis imprimuntur quotannis, ut his inter se utantur.

GNOMONICA. P. *Sabbatini de Vrsis* tr. de Gnomonica et analemmate.

PHYSICA. Caeli materialis terraequae ratio. 2 Vol. Auctore *Matthaeo Ricci.*

Nicolai Longobardi, Siculi, (+ 1654) de terrae motu tractatus.

Alphonsi Vagnoni, Pedemontani, Meteora. 2 Vol.

Id. de Caeli et Terrae principio, et opere sex dierum.

Franc. Sambiasi, tr. de causis somniorum.

Franc. Furtado, de Caelo et Mundo. 6 Vol.

Ioh. Terentii, Constantiensis, (+ 1630) de corporis humani fabrica. 2 Vol.

Lud. Buglio, (+ 1682) de Creatione, et de rerum principio.

Id. De materialium creatione.

— De Leone, libellus, ex occasione leonis a Lusitano Legato oblati Imperatori.

— De Falcone, liber. Vid. *Mazzuchelli* Scrittori d' Italia. Vol. II, P. IV, pag. 2280.

PHILO-

PHILOSOPHIA, atque THEOLOGIA NATVRALIS. *Matthaei Ricci Tiēn tſché ſchi y*, Caeli Domini uera expoſitio. Fourm. pag. 435. 2 Vol.

Adolphi Vagnoni, Pedemontani, (+ 1640) Philoſophicae quaeſtiones. 2 Vol.

Id. De Spiritibus. 2 Vol.

Franciſci Sambiaſi, Neapolitani, Tr. de triplici anima, uegetatiua, ſenſitiua, et rationali. 2 Vol.

Id. de Attributis diuinis.

Nic. Longobardi, de anima, Tractatus.

Didaci Pantoja, Hiſpani, tr. de Deo eiusque attributis.

Iulii Aleni, Brixienſis, (n. 1582. den. 1649) *Van vĕ tſchĭn yuèn*, Omnium rerum uera origo. *Fourm.* p. 453.

Eiusd. Philoſophia de Anima eiusque potentiis. 3 Vol.

Lud. Buglio, Panormitanus, (n. 1606. den. 1682) ſcripſit de Deo et Attributis diuinis. 6 Vol.

Id. de Anima.

ETHICA et POLITICA. *Alphonſi Vagnoni*, de recta ſui ipſius inſtitutione iuxta doctrinam Europaeorum.

Id. De recta familiae inſtitutione, iuxta Europaeos. 5 Vol.

Id. De recta gubernatione Regis iuxta Europaeos. 4 Vol.

Id. De recta iuuentutis inſtitutione. 2 Vol.

Eiusd. Liber ſimilitudinum moralium. 2 Vol.

ARTES. *Franc. Sambiaſi*, Neapolitani, *Hoá tă*. Reſponſio de pictura. Latuit Fourmontium gramm. ſin. pag. 500 nomen auctoris. In praefatione huius Voluminis Sinae ueteres reprehenduntur, quod figuras 10, 20 brachiorum, et alia eiusmodi monſtra depinxerint contra omnem naturae uiam.

Matthaei Ricci, Ars memoriae.

NOTI-

Digitized by Google

NOTITIAE SINICAE.

Nicolaus Trigautius (+ 1629 in prouincia Tſche-kiang) edidit Pekini tribus tomis Vocabularium ſinicum ad uocabula Europaea, in quo Pronunciationes ſecundum accentus Sinarumque Characteres ad noſtrorum elementorum ordinem ita reuocantur, ut triduo poſſit a Sinis totum artificium intelligi. Parabat Auctor recudere auctius hocce Dictionarium aliquot uoluminum Decadibus, cum Pronunciationibus ſecundum Accentus.

Lazari Catanei (+ 1640) Vocabularium ordine alphabetico europaeo more concinnatum, et per accentus ſuos digeſtum.

Aluarus Semedus (+ 1658) Duo Vocabularia ampliſſima reliquit pro prelo.

Athanaſius Kircherus in *China illuſtrata* (Amſt. 1667. fol.) uera pleraque et utiliſſima dedit; ſed Linguae ſinicae ſtudioſis haud ab eo ſatis factum eſt. In libro quinto characterum ſinicorum Analogiae mentio ſit leuiuſcula. Eam omnem *Boymus* e dictionario ſinico a) *Schuĕ vèn* deſumſerat ac *Kirchero* talem ac totam tradiderat.

Inter eruditos, qui Saeculo XVII Litteraturae ſinicae in Germania operam nauarunt, eminent *Andreas Müllerus*, et *Chriſtianus Mentzelius*, Elect. Brandenb. Conſiliarius et Archiater.

Andr.

a) Dictionarium eſt characterum antiquorum, Miſſionariis pleriſque ignotum. Compendiariam Dictionariorum, a Sinis elaboratorum, notitiam exhibui in appendice ad *Haoh kjöh* Fabulam Romanenſem, pag. 631 — 635.

Andr. Müllerus, (+ 1694) uir eruditionis immenſae, multa millia ſinicorum characterum ligno excidi curauit. Sunt Berolini in Bibliotheca regia. De eius Claue ſinica, ſiue arcano (quod cum aliis MSS moribundus exuſſit) quo ſinicorum characterum lectio facile expediri poteſt, Epiſtolae amoebaeae cum *Athanaſio Kirchero* et *Adamo Adamando Cochanſkio* prodiere cum Oratione dominica *ſinice* conuerſa, Berolini, 1672. 4. Vid. *Bayeri* Muſ. ſin. Praef. p. 46. Cum P. *Philippo Grimaldi*, proxeneta *Leibnitio*, ſaepe per litteras collocutus eſt. Prodiere in lucem publicam multa eius opuſcula ſinica, quae cum eius defenſione enumerat *Fourmontius* in Praefat. Meditat. ſin. pag. 16. Germanice edidit contra *Eliam Grebenitzium*, *Beſſer Unterricht von der Sineſer Schrifft und Druck.* 1680. 8. Recuſ. cum D. *Eliae Grebenitzen* Verthädigung &c. Frankf. an der Oder, 1681. 8.

Chriſtianus Menzelius litteras perdoctas ad *Coupletium* ſcripſit ediditque praeter hiſtorica et chronologica Sinica,

Syllogen minutiarum Lexici Latino-Sinico-Characteriſtici, obſeruatione ſedula ex Auctoribus et Lexicis Chinenſium characteriſticis erutam inque Specimen primi laboris ulterius exantlandi erudito et curioſo Orbi expoſitam. Norimbergae, 1685. 4. 5 plagularum b). Praefixa eſt meo exemplo epiſtola autographa *Mentzelii* ad Cel. D. Ioh Georg. Volcamerum, in qua de primo libro c) *Confucii* dicto *Tá hiŏ* (magna ſcientia) edendo agit:

— — *Ich ſende hiebey ein Muſter meines vorhabenden Werkleins, des Confucii erſtes Buch Teutſch und Sineſiſch, das ich laſſe drucken, damit*

b) Hocce Lexicon cum Inſtitutione grammatica edere uoluit Menzelius. Nunc latet in regia biblioth. Berolinenſi.

c) De eo uid. *Fourmontii* Gramm. ſin. p. 415. Quatuor enim ſunt libri, *(ſou ſchou)* qui uulgo Confucii Libri ladpellantur, conſtituuntque ſimul quintum librum *τῶν Ou king* ſ. quinque Librorum ſacrorum.

mit Sie es überlegen, ob es füglich alſo geſchehen könne; es werden über 6 Bogen nicht werden. Mein Herr College laſſe Hrn. Entern fordern, und zeige Ihm es, ob er die chineſiſchen Wörter, ſo lateiniſch geſchrieben mit den (NB.) accentibus oben und unten alſo kan drucken, daſs der Wörter gerade 20 in einer reyhe (wohl eingetheilet) können gedrucket werden, und die Teutſchen Wörter eben alſo, wie ſie geſetzet ſind, an den chineſiſchen Wörtern; auch können bald mit groſser fractur (geſetzt werden) wenig wörter, unter welche ich einen ſtrich gemachet, ſonſt aber viele wörter mit kleiner ſchrift. Die beyden columnen vor die chineſiſche wörter müſſen ſo bleiben, weil ich in etliche die characteres will hinzuſetzen, denen die es begehren; denn ob zwar ſolche in ſtäble könnten geſchnitzt und mitgedruckt werden, ſo kan ſie doch der ſchnitzer nicht alſo treffen, wie ſie ſeyn ſollen, und werden nur eytel vitia darauſs. 2. Ob Herr Enter luſt habe, meine Syllogen aufs neue correctiorem quidem aufzulegen und zu drucken, ſo will ich Ihm die ſtable herbeyſchaffen. Mehr auf diſsmahl nicht wegen eyle. Verbleibe

Meines Hochgeehrten Herrn

Berlin den 18 Jan. 1688.

Dienſtwilligſter

C. Mentzel.

P. S. Herr Wagenſeil und andere verlangen von mir etwas von Sinicis heraus zugeben, weil ich dann nicht neidiſch mag ſeyn, will ich dem nechſten zu gut ſo viel geben als ich vermag.

SPECIMEN.

Des Philoſophi Confucii Schrifften, Erſtes Buch, Sineeſiſch-Teutſch.

f. 1. p. 1. §. 1.

tá Der *groſſen*
hiŏ Wiſſenſchaft
chī
táo, *Lehre* und Vnterweiſung.
çái *beſtehet* in
mîm der *loben*ür-
mîm *digſten*, rühmte, lichen Tugend,
çái Sie *beſtehet* auch
cin in guter *regierung*
mîn, des *gemeinen Volkes*
çái Sie *beſtehet* endlich
chi in *feſter* beſtändiger
yŭ *Verharrung* in
chi dem *höchſten*, vollkommenen *Gute*

p. 2. §. 1.

chī So man nicht hat
chi *erkannt* die Verharrung im *höchſten* Gute

ûlh *als-*
heú *dann*
jeú ſo *haſt du*
tým, die *Entſcheidung* deines endlichen *Zweckes*
tymí haſt du nicht ſolches erlangt
ûlh *als-*
heú *dann* ſo
nêm *kanſt du*
cým *ruhig* ſeyn in deinem Vorhaben,
cým Biſt du *ruhig* in deinem vorgenommenen ende
ûlh *als-*
héu *dann* ſo
nêm kanſt du
ngân dein *Gemüth befeſtigen.*
ngân. So du dein *Gemüth* haſt *befeſtiget.*
ûlh *als-*
heú *dann*
ném ſo *kannſt du*
liú reden und *urtheilen* von allen ſachen
liú So das geſchehen

Poſt

Poſt *Menzelium* Sinica tractauit *Theophilus Sigefridus Bayer*, in *Muſeo Sinico*, in quo ſinicae Linguae et Litteraturae ratio explicatur, duobus tomis, Petropoli, 1730. 8. mai. cum multis tabulis in aes inciſis. In Tomo II, pag. 237 ſeq. librum *Confucii* Ta hio (cuius initium exhibui) ſecundum *Menzelium* edidit, additis in tabulis aeneis characteribus, ſed miſere expreſſis. *Bayeri* Grammatica, Pekinum adlata repudiata eſt. Vid. *Fourmont* Meditat. Sin. Praefat. p.20. Pag.21 de Grammatica Sinica P. *Euſtachii* Auguſtiniani, hiſpanica, et de *Premariana* ſermo eſt.

Poſt *Mentzelium* et *Bayerum* *Stephanus Fourmont* d) artem addiſcendae linguae ſinicae omnem aperuit, atque Pariſiis imprimenda parauit *decem* Dictionaria:

1. *Dictionarium mere Sinicum analogicum*; hoc eſt, ad analogiam characterum monoſyllaborumque ac tonorum ediſcendam, in quo characteres ſinici omnes, et characterum pronunciatio litteris latinis, ſed abſque ulla ſignificatione exponuntur.
2. *Dictionarium ſinico-latinum analogicum*, in quo uoces ſinicae uſitatiores latinis litteris, et characteribus ſinicis, addita ſignificatione ubique latina, non raro etiam gallice, expoſitae ſunt.
3. *Dictionarium latinae ſimul et ſinicae linguae*, in quo ponuntur uoces latinae cum interpretatione ſinica, ſed latinis litteris, cum charactere ſinico ad unamquamque uocem.
4. Idem Dictionarium *gallice* exaratum.
5. *Dictionarium hiſtoricum, chronologicum, et geographicum* Imperii ſinenſis totius.

 6. *Dictio-*

d) Catalogue des Ouvrages de Mr. *Fourmont* l'aîné. à Amſt. (Paris) 1731. 8. pag. 47 ſeq.

6. *Dictionarium finico-gallicum*, iuxta clauium 214 ordinem, ad quaerendos finicae linguae characteres, ac proinde ad legendos intelligendosque Sinicae gentis scriptores, atque opera eorum in alias linguas transferenda omnino necessarium.

7. *Claues finicae* in mappa impressae omnes, appositis earumdem significationibus.

8. Eaedem claues finicae uersibus *gallicis* expressae.

9. Claues finicae in phrases reductae.

10. Magni Sinarum Dictionarii (*Hai pien* h. e. *maris latera* dicti) tonici ars atque ordo, cum *shing*, uel *praefectis* et *antesignanis*. *Fourmont* Meditat. Sin. p. 125.

Characteres finici numerantur a non nullis 54409, ab aliis 80000, collecti in Thesauro linguae *Hai-pien*, iussu Imperatoris *Kang-hi*, LXXXXV tomis, cum XXIV Voluminibus Additamentorum. Vsui communi inseruit aliud Vocabularium minus, quod exponit decem mille characteres, quo deficiente recurrunt Sinae ad *Hai-pien*. Magno labore in epitomen reduxit hoc opus *Fourmontius*, secutus semper in scribendis uerbis pronunciationem lusitanam, quam adoptauerant primi Missionarii, et qua *m* est pronunciandum ng, *ch* tsch, *x* sch. Galli efferunt *ch* tch, *x* ch, u. g. *chum* tchoung, *xe* che, *u* ou.

Triplex est genus Vocabulariorum, quod perbene docet *Büttnerus* in breui Expositione Alphabetorum, in Tomo VII Commentariorum Soc. Reg. Goetting. pag. 116: *In primo characteres secundum rerum ideas in 214 classes sunt digesti, quarum quaequae characterem principem continet, cui mox uarii characteres secundarii sunt adiuncti. In altero characteres secundum sonorum rationes sunt dispositi; sonorum enim uaria inflexione ac modulatione uocabulis monosyllabis, significatuum tamen uarietate laborantibus, uerus significatus constituitur. Tertium nomina signorum edit. Praecipitur enim u. c. hunc in modum: dissecandum esse utrum-*

utrumque nomen huius uel illius characteris; prioris priorem partem esse attexendam ad calcem posterioris, inde prouenturam esse pronunciationem, de qua quaeritur. Ad calcem (Tab. I — V Alphab. 47) *subiicitur Alphabetum sinicum. Etsi per Sinarum characteres proprie nulla uocabula repraesentantur, sed notiones et res ipsae declarantur: pronunciationem tamen uerborum iis ipsis Sinae possunt prodere. In hoc quidem genere alphabetum illud, Brahmanico fere exemplo compositum, usu frequentatur.*

Praeter ista Lexica reliquit *Fourmontius* prelo paratam, *Grammaire de la Langue chinoise, soit parlée, soit écrite*, sed postea in linguam latinam uersam. Vid. Medit. Sin. p. 131.

Edidit tandem *Fourmontius*

Meditationes sinicas. Parisiis, 1737. fol. Pag. 89 — 112 *Pú* 214 Claues, seu potius *Classes*, distincte exhibentur.

Linguae Sinarum Mandarinicae hieroglyphicae Grammaticam duplicem, latine, et cum characteribus Sinensium. Item Sinicorum regiae Bibliothecae librorum Catalogum, &c. Paris. 1742. fol.

Ad characteres ligno incidendos (sunt ultra 50000) secundum delineationem Dom. *Gautier*, adhibuit doctissimus *Fourmont* sculptores *Reisacher*, *Chambonneau*, *Blandin*, *le Vassaut*, *Texier*, et de *S. Leup.* Hi characteres siue typi lignei, curante fratre *Michaele Fourmont*, continentur in duobus armariis praegrandibus. Vtrique sunt loculamenta 120, quorum quodlibet 500 characteres numeris distinctos continet, repositos ut typi in officinis typographicis. Neglecti iacebant usque ad a. 1801.

Lineis ductibusque singulis exprimi posse characteres sinicos, siue typis fusis mobilibus, qui iterandis et mutandis usibus apti essent, amicissimus *Breitkopfius*, transmisso ad me 1789 splendido exemplo Typographiae sinicae, figuris characterum (sex clauium et totidem characterum compositorum) e typis mobilibus compositis, monstrauit, explosa opinione, componendi et imprimendi Sinarum characteres facul-

cultatem inter impoſſibilia eſſe ponendam. Vberiorem inuenti rationem erat daturus niſi mors eum nobis eripuiſſet. Typographiam noſtram europaeam, ipſis uel Superis inuidendam, ad exprimendos omnes characteres ſinicos adhibere poſſe, patet e praelaudato Specimine *Breitkopfiano*, ita ut 35 uel 40 lineolis, punctis, commatibus &c. ſeparatim fuſis cuncti Sinarum characteres ab experto typotheta componi queant.

Fouretus (quo uſus eſt *Bayerus*) uariis diſſertationibus gallicis linguae ſinicae notitiam dedit, tam in *Mémoires de Litterature*, T. 9, p. 328 — 369, quam in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr. et des Belles-Lettres*, T. 2, 3, et 5.

Fourmontii theſauros edere debuiſſet Dom. *Deguigneſius*, ipſe in Lingua ſinica, praecipue uero in *mantſchu-tatarica*, uerſatiſſimus. Deceſſit d. 22 Martii 1800, aet. 79. Commentariis *Mémoires de l'Acad. des Inſcript. et des Belles-Lettres* inſeruit ſequentes diſſertationes:

Sur les Voyages des Chinois vers l'Amerique. Vol. 28.

Sur la conformité des hieroglyphes avec les caractères Chinois, et que les Chinois ſont une Colonie Egyptienne. Vol. 29.

Sur les Chrètiens établis dans la Chine au ſeptième Siècle. Vol. 30.

Sur le Commerce des Romains avec les Tatares et les Chinois. Vol. 32.

Praeter opus (germ. quoque uerſum a. 1768) magnum: *Hiſtoire générale des Huns, des Turcs, des Mogols* &c. à Paris, 1756. 4. 3 Vol. luci publicae commiſit:

Mémoire dans lequel on prouve que les Chinois ſont une Colonie Egyptienne; Avec un Précis du Mémoire ſur l'Origine des Chinois. à Paris, 1759. 8. paginarum 79. cum 2 tab. aeneis. Contradixit Dom. *Roux Deshauterayes*, eod. anno.

Curante *Deguigneſio* prodiit:

Eloge de la Ville de Moukden, par l'Empereur *Kien long. Traduit par le Pere* Joſeph Amiot, *Miſſionaire à Pekin, et illuſtré par* Desguignes. à Paris, 1770. 4.

Con-

Conſcripſit (quod apud Viduam fuit) Lexicon ſinicum duobus tomis. Nunc, ut audio, ſub prelo eſt.

D. *Ioſephus Hager* edidit Londini 1800 in fol. Pien Hoe Ye; *Of lateral Lines, an Interpretation;* or *An Explanation of the elementary Characters of the Chineſe; with an Analyſis of their antient Symbols and Hieroglyphics.*

Sunt 214 *Pú*, (Tribunalia) ſeu Claues e *Steph. Fourmontii* Meditationibus ſinicis, Cap. XIII, pag. 60 — 72, et Cap. XV, pag. 89 — 112, Claſſibus XVII. Mentionem fecit *Hagerus* Encyclopaediae Iaponicae 20 Voluminum, quam poſſidet Dom. *Titſingh.* Titulus eſt *Xung pin hi chun*, ſuperioris qualitatis durans odoriferum. Manuſcripta Iaponica, quae *Kaempferus* congeſſerat, ſepulta iacent in Muſeo Britannico.

Cel. Dom. *O. G. Tychſen*, rogante D. *Ouſely*, commodauit A. 1801 D. *Hagero* uetus Lexicon ſinicum M S. cum pronunciatione et explicatione luſitanica. Nuperrime prodiit: *Monument de l' Empereur* Yu, *ou la plus ancienne inſcription de la Chine, repréſentée d' après une copie fidèle dépoſée au Cabinet de la Bibliotheque nationale, avec l' explication en caractères chinois modernes et français; ſuivie de 32 formes de plus anciens caractères de la Chine, recueillies ſur des monumens de la plus haute antiquité, par ordre de l' Empereur* Kien-long, *et publiée à Péking. Avec quelques remarques ſur le texte et ſur differens points de paléographie. Par le Dr.* Hager. *à Strasbourg, chez Treuttel et Würtz.* in fol. mai.

Dictionaria ſinica linguae oris, ſiue uocum 350 monoſyllabicarum, incipiunt a uoce *Ca.* Tale habuit D. *Guil. Jones*, id quod nunc eſt in Bibliotheca Regiae Societatis Lond. Scientiarum. Sequitur pronunciationem *luſitanicam.*

Primus Chriſtianus Iaponicus *Angerius*, poſtea *Paullus a S. Fide* adpellatus, Goae 1548 uertit Euangelium Matthaei integrum. Poſtea Nouum Teſtamentum Iaponice in urbe Miaco in Collegio S. I. ante annum 1613 impreſſum eſt. Hae uerſiones ſequebantur textum Vulgatae, ut et ſequentes *Sinicae*, nam Biblia ſinica non impreſſa fuere. Praeter Decalogum, et orationem dominicam mihi ſinice nota ſunt e Vulgata uerſa:

In libro *U ſchĕ jĕn jü*, quinquaginta uerba nimia, (i. e. ſi 25 *Riccii* uerba contra Bonzios non ſufficiant, 50 fore ſuperflua) multa e quatuor Euangeliſtis ſinice uerſa inueniuatur, ut et in libro *Iulii Aleni Tjen tſchii kjang ſeng, jĕn hing ki lio*, Memoriae et notatio Domini, poſtquam e caelo deſcendit et natus eſt; in quibus plurima ex Euangeliis excerpta, non κατα ποδα tamen. *Fourmont.* pag. 466.

Societas propagandae Religionis chriſtianae editura eſt Nouum Teſtamentum Sinicum, curante Dom. *Antonio Montucci*, qui calamum ſtrinxit contra *Hagerum*, in duobus ſcriptis: *The characteriſtic Merits of the Chineſe Language illuſtrated by an Inveſtigation of its ſingular Mechaniſm and peculiar Properties; containing analytical Strictures on Dr.* Huger's *Explanation of the Elementary Characters of the Chineſe. By* Antonio Montucci, *L L. D. occaſional Chineſe Tranſcriber to his Majeſty, and the Honourable the Eaſt India Company.* London, 1801. 4. max.

The Anſwer of A. Montucci, *L L. D. to the Conductors of the* Critical Review *and* Monthly Magazine, *concerning their Review of a Title-page and Prefatory Letter, accompanying Propoſals for a Treatiſe on the Chineſe Language. London*, 1801. 4. Gratis diſtribuitur apud *Cadell* et *Davies*, *in the Strand*.

Maiora

Maiora ſperamus tam a *Deguigneſii* filio, quam a *Stauntonio* iuniore, e Sinis redeuntibus. Hic illuſtraturus eſt Monumentum ſinicum, commemoratum in Vol. IV Commentationum Pariſiis editarum, *Memoires concernant l' Hiſtoire, les Sciences &c. des Chinois; Par les Miſſionaires de Pe-kin.*

De meis conatibus ſinicis, quos ob alios labores mihi proſequi haud licuit.

In adpendice ad

好逑傳 Haò kiéu tſchwén, fabulam Romanenſem, (*Roman*)

ſiue heroicorum facinorum fabuloſam narrationem *tou Haò kiéu*, quam ex anglicana uerſione germanice reddidi (Lipſiae, 1766. 8.), exhibui pag. 221 — 260, ſecutus germanicam uocum ſinicarum pronunciationem,

nem, *Fourmontii* e) doctrinam *de Pronominibus*, praemisso indicepr aecipuorum scriptorum addiscendae Sinarum linguae inseruientium. Editorem Anglum latebat, esse duos libellos s. uolumina (hoêi) huius Historiae fabulosae in Bibliotheca Parisiensi f), auctoremque adpellari *Haò kiéu* apud *Fourmontium* g). Libellus est iucundae lectionis, stilo *siaó xuĕ*, (*schuĕ* germ. pronunc.) seu sermone familiari scriptus. Partes talium Fabularum seu Historiolarum de hoc uel illo, aut puero, aut etiam heroe, quem per uaria rerum discrimina huc illuc trahunt, non aliter quam *hoêi* indigitari, ita ut, quotiescumque characterem hoêi uideris, toties librum eiusmodi, uel *Comoedíam*, uel certe *Fabulam* absque dubio nuncupare possis. Talis est auctoris *Yŏ kiaŏ* Fabula *τωv sàn çai çù*, trium Poetarum, elegantiae exaltatae, et maximo in pretio apud Sinas.

Occasione huius Fabulae lepidae Romanensis, Sinica primum attigi a. 1766.

Opus

---

e) Grammat. finicae p. 60 — 78 de Sinarum Pronominibus, et pag. 217 — 221 de Syntaxi Pronominum.

f) Vid. Catal. Bibl. Reg. n. 8, pag. 384. Debent esse quatuor.

g) Gramm. fin. pag. 367.

Opus poſtea ſinicum naturalis Hiſtoriae,

三樂齋重訂本草綱目

Sân	*tres*
lô	*Muſicae*
	Concentus h), ſiue
tſchung	*duplex*
ki	*Collectio* (Recueil)
puèn	*Proprietatis*
çaò	*herbarum*
kang	*caput*
	et
mô	*oculus*

quod in Bibliotheca Trewiana Altdorfii Noricorum eſt, copioſe deripſi i) in Parte ſeptima Diarii, *der Naturforſcher* (Halae Sax. 1775. 8. mai.)

h) i. e. Trium Auctorum opus.

i) Repetii in utraque editione *der Nürnbergiſchen Merkwürdigkeiten*; et abunde in Memorabilibus Bibliothecarum publicarum Norimbergenſium, et Vniuerſitatis Altdorf. P. III, pag. 192 — 225.

Digitized by Google

8 mai.). Sunt triginta ſex faſciculi, ſiue *(kjwèn)* uolumina, in forma octaua maiore, ſex inuolucris panni tenuioris caerulei comprehenſa. Tabulae 305 figurarum plerumque ſat nitidae ſunt, ſuprapoſitis characteribus tam compoſitis, quam genericis (ſiue 214 clauibus, *Pu*), quos quidem ope Meditationum ſinicarum *Fourmontii* facile legere poteram, ſed maiorem difficultatem creabant compoſiti. Valde adcuſaui *Deguigneſium* ob neglectam Lexicorum Fourmontianorum editionem, quae ad hunc uſque diem in Bibliotheca Pariſina latent, nunc tandem proditura. Lexicon enim ſinicum in Tomo II Muſei ſinici *Theophili Sigefridi Bayeri* parum me iuuabat.

Opus iſtud ſinicum naturalis Hiſtoriae k) A. 1775 mihi perluſtranti in mentem uenit periculum facere tentandi uiam, qua Syſtema Naturae Ill. *Linnei* ſinicis characteribus ipſis Sinis ob oculos poni poſſit. En *Tabulam Quadrupedum ſinicorum, methodo Linneanae a me accommodatam.*

Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur ultra.

Excitata eſt haec tabula mea, praeter omnem opinionem, ad probandam conditionem ortumque Inſcriptionum cuneatarum perſepolitanarum. *Quae, qualis, quanta!* Melius ſane egiſſet Dom. *Samuel Simon Witte*, ſi in binis ſuis ſcriptis ignorantiam celaſſet. Nam non ſolum ridicule multisque uerborum ampullis docere nititur, pyramides igni ſubterraneo, et rudera perſepolitana maſſae fluidae baſalti-

---

k) Exſtat quoque Epitome huius operis, *Puèn çao mŭng çwèn*, Eorum quae ſunt in *Puèn çao* inſtrumentum quaſi piſcatorium et ſagena, quinque Voluminum, cum commentariis, auctore *Tſching hiă mŏ*, qui uixit ſaeculo XVI. *Fourmont* pag. 489. Huc pertinet liber cuiusdam Miſſionarii e S. I. *(Fourmont*, p. 448): *Tſchin tſchée ling ſing li tſching*, Demonſtratio per rationem, ueri Dei naturam eſſe intellectualem. Partes naturae omnes in auxilium aduocat auctor, *Scheuchzerus* aut *Nieuwentyt* Sinenſis uocandus.

ſaltinae originem ſuam debere; ſed arbitrabatur quoque cuneatas Inſcriptiones efformatas fuiſſe a phioladibus l)!! Quam quidem de phioladibus ſententiam poſtea bonus uir m) mutauit, tribuitque inſcriptiones cuneiformes manibus hominum, pro lubitu tales uolutas, flores, exornationes formantium. Refutare conatur Cel. Tychſenii Lucubrationem, de hiſce cuneatis Inſcriptionibus perſepolitanis, accitis etiam characteribus ſinicis e Tomo quarto mei Diarii. Talium ſomniorum pertaeſus, in Nouellis litterariis Norimbergenſibus (1799, pag. 623) ſententiam meam paucis uerbis declaraui. Certe ſi tacuiſſet, philoſophus manſiſſet Dom. *Wittius!* Adducit in medium, ad corroboranda ſua phantasmata hanc meam tabulam Quadrupedium, putatque rerum ſinicarum expers, hos characteres debere repraeſentare figuras animalium, quae nunc non niſi clauibus combinatis indicantur. Figurae enim animalium, quae ualde imperfecte in uetere ſcriptura *Ku-wèn* conſpicuae ſunt, minime quadrant ad lineas cuneatas perſepolitanas. Nec etiam, ut nunc ſunt, characteres ſinici, cum muſto fructu ex iſta uetuſtiſſima ſcriptura *Ku-wèn*, explicari poſſunt, aut ex altera, *Confucii* tempore uſitata, *Tſchoang tſée*, aut e ſcriptura *Tſao tſée*, cum qua conuenit character uulgaris Iaponum. Varia et multiplex poſitio clauium in combinatione characterum ſinicorum efficit, ut omnis animalium figura euaneſcat, niſi talem ſomniare uelimus. Sed ad rem.

Miſi amiciſſimo *Linneo* et Operis ſinici deſcriptionem, et tabulam, ut diiudicet. Reſcripſit Vir immortalis: *Video ex tuis, Opus hiſt. nat. ſinicum etiam eſſe apud uos in Germania. Habui idem ultra*

20

---

l) *Ueber den Urſprung der Pyramiden in Egypten und der Ruinen von Perſepolis.* Leipz. 1789 8. p 101.

m) *Ueber die Bildung der Schriftſprache und den Urſprung der keilförmigen Inſchriften zu Perſepolis.* Roſtock, 1799. 8. pag. 78, 83 ſeq.

20 annos, fasciculis ultra 30. Missi cum Alströmio hoc, unico tomo, in Sinam, ut uerteretur in linguam latinam, et recepi. Titulus conuenit cum illo a Te dato. — Specimen Tuum Regiae Societati Vpsalienſi erit acceptissimum. Grates Tibi persoluo deuotissimas, quod in hoc Opere meum nomen adlegare placeat. — Chinenſes in ſuis officinis habent ſcatulas, uti noſtrates, his inſcripti ſunt tituli, ſed non nomina ſimplicium, uerum morborum: pro pleuritide, colica, podagra &c. Omnia medicamenta ſunt ſimpliciſſima, adeoque Medicis Specifica dicta. Nullus eruere poteſt plantas, cum omnia lecta ſint more Theae ex ſummitatibus tenellorum ramulorum. Forte hic liber chinenſis plantas illuſtraret, quod maxime in uotis eſſet. Vale, faue. Vpſaliae, 1776. Mart. 22.

Obtuli deſcriptionem latinam Regiae Societati Vpſalienſi, et cum uberiore diſquiſitione germanica publici iuris feci in Diarii mei litterarii Tomo quarto, pag. 151 — 210 n).

Tabula characterum Quadrupedium ſinenſium.

PRIMATES. 1. Tab. 305. Fig. 2. *Sin ſin.* E prouincia *Se tſchuen.* Errauit *Erxlebenius*, qui in Syſtemate claſſis Mammalium, pag. 7 et 8 iſtam ſpeciem *Sin ſin* pro eadem cum Simia ſatyro et Orang Outang habet.

2. Tab. 305. Fig. 1. Operis Sinenſis. Simia Nemeſtrina *Linn.* Quod ſi illi nulla cauda eſſet, dicerem *le grand Gibbon* Buffonii, T. XIV, 92. Tab. 2. *The longarmed black Ape*, Pennanti Synopſ. of Quadrupeds, pag. 99. quae praegrandis ſpecies Simiarum reperitur in prouincia *Mang ſi.*

3. Simia maimon. Tab. 304, Fig. 1.

4. Simiae ſpecies ignota, cauda abbreuiata. Tab. 304, Fig. 2.

5. Simia Faunus. Tab. 304, Fig. 3.

6.

---

n) *Verſuch, die ſineſiſchen Characktere zur Univerſalſprache zu gebrauchen.*

6. Simia Pithecia. Fig. 4.

7. *Ghheu gin*, (Canis caput) Canis uolans ternatanus *Sebae* Muſ. Tab. 57, pag. 91. Veſpertilio pictus *Linn.* Sequuntur Operi huius Sinici auctores Plinium, (neſcientes) qui ueſpertiliones auibus adnumerat. Tab. 281, Fig. 2.

8. Veſpertilio caephalotes? Tab. 281, Fig. 3. *Pallas* Spicil. Zool. faſc. III, tab. 1, pag. 10. *The Molucca Bat*, Pennantii Synopſ. Quadrup. p. 368, num. 285. Quodlibet genus ratione dentium (*yá*, *nhyá*) ſubdiuiditur.

BRVTA; abſque inciſocibus. Cum characteribus *yá*, dens, et *po*, non. 9. *Schi*, Elephas. Tab. 293, Fig. 3.

FERAE. Numeros 16 b. 17. 18. et 19. notat character *tſchi*, animal piloſum, *catus*, *felis*, *tigris*, cet. 10. Vitulus marinus. Tab. 300, Fig. 2.

11. *Ghheu*, canis magnus Sinenſis familiaris. Tab. 289. Fig. 4. Alia ſpecie, Tab. 291, Fig. 3 *rou Ghheu*, ſiue Canis familiaris domeſtici, uefcuntur Sinae.

12. Hyaena. Taxus porcinus *Kaempf.* Amoen. exot. p. 407 et 411. Tab. 297, Fig. 3.

13. a. Vulpes. Tab. 302, Fig. 3.

13. b. Vulpes nigra. Tab. 300, Fig. 1.

14. Canis lagopus, cauda recta, apice concolore. Tab. 298, Fig. 1.

15. Canis aureus. Tab. 299, Fig. 1, *The Jackal.* Pennant. Syn. of Quadrup. p. 155.

16. a. *Hu*, Tigris. *Le Tigre royal* Briſſon. Figura 4 Tabulae 293 leoni quidem ſimilis eſt, ſed cauda nigro annulata, maculaeque uirgatae nigrae a dorſo uerſus uentrem et circum femora figurae tigridem produnt. In Sina nulli leones ſunt.

16. b. *Hoang tſchi ſe pe.* Flauum animal (tigriforme) piloſum, uariegatum, album. Tab. 93, Fig. 1. Supra ſcriptus character *Pao*, animal tigriforme. Forſan eſt ſpecies pantherae.

17. Le Guepard de *Buffon.* Tab 297, Fig. 2.

18. *Pu-pi*, l'Once de *Buffon.* Tab. 297, Fig. 1.

19. Felis ſilueſtris *Briſſon.* Tab. 297, Fig. 4.

20. Muſtela barbara *Linn.* Tab. 299, Fig. 2.

GLIRES. 21. Lepus. Tab. 299. Fig. 3. E murium genere:

22. *Tſchée.* Mus terreſtris. Tab. 301, Fig. 2. Eſt ipſa clauis.

23. *Hoang* ſ. *Hwang tſchée*, mus flauus, eſt Mus amphibius *Linn.* Tab. 302, Fig. 1. Sinenſes ſciurum muribus adnumerant.

24. Mus muſculus. Tab. 303, Fig. 1.

25. Sciurus palmarum. Tab. 301, Fig. 1.

26. *Song ſchu.* Tab. 302, Fig. 4. Species ſciuri. *Boym* Flora Sinenſ. Viennae, 1656. fol. tab. 20.

PECORA. 27. Camelus bactrianus, tophis dorſi duobus. Tab. 290, ubi Fig. 3 duo ungues bene exprimuntur.

28. Moſchus Grimmia. Tab. 296, Fig. 3.

29. *Lu pa*, ceruus magnus. Tab. 296, Fig. 2.

30. Capreolus ſinenſis. Tab. 296, Fig. 1.

31. *Jàng.* Capra uulgaris. Tab. 289, Fig. 1.

32. *Hoang jàng*, capra flaua. Tab. 289, Fig. 3.

33. *Schan tſchi.* Tragelaphus *Bellonii.* Tab. 295, Fig. 3.

34. Antilope leucophaea? *Pallas.* Tab 295, Fig. 1.

In genere caprarum dominatur character *jàng*, capra. Vt uero ſpecies Antiloparum deſignem, eligo characteres *cornu*, *niger*, *tortuoſum.*

35. *Lu ki* ceruus humilis. Tab. 296, Fig. 4.

36. *Njeu ta.* Bos magnus. Bos indicus *Linn.* Tab. 290, Fig. 2.

37. Vaccae piloſae ſpecies. Tab. 294. Fig. 4.

38. *Njeu cèw?* Vacca uelox. Vnicornis. Tab. 294, Fig. 2. Vid. *Der Naturforſcher* 7 Stück, pag. 43. et Memorabil. Biblioth. Nor. P. III, pag. 218 ſeq.

BELLVAE. 39. *Ma.* Equus. Tab. 290, Fig. 4.

40. Mulus ſinenſis. Tab. 290, Fig. 1.

41. *Schi*, Tab. 289, Fig. 2. Sus uulgaris. Diſcrepat a ſpecie ſequenti.

42. Sus chinenſis Linn. Tab. 295, Fig. 2.

Schi eſt clauis generis ſuum, quae ſemper adiungitur characteribus combinatis, ut ſpecies diſtinguuntur.

Si quid nouiſti rectius iſtis,
Candidus imperti; ſi non, his utere mecum.

HORAT.

VA1 153 488



VA1 1538488

Digitized by Google

141 P 1